



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita B. Francisci Salesii, Episcopi Et Principis Gebennensivm Meritissimi

Maupas du Tour, Henri Chauchon de

Coloniæ Ubiorum, 1663

Pars Tertia. Intervallum complectens intermedium ab expeditione
Gebennensi, ad inaugurationem usque Episcopalem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42882



VITÆ
 B. FRANCISCI
 SALESII
 PARS TERTIA,

intervallum complectens inter-
 medium ab expeditione Gebennen-
 si, ad inaugurationem usque
 Episcopalem.

CAPUT I.

*Mandat Summus Pontifex semel & ite-
 rum, accuret conversionem Theodori
 Beza: cum eo in colloquio
 venit sapius.*

SECTIO I.

QUOTQUAM cum ad modum o-
 peribus Iusti benedixerat Dominus,
 propriis illum factis exaltans, labo-
 rumque ejusdem fructus multipli-
 cans; ecce tibi Summus Pontifex,
 spectabilis ille moderator Ecclesie, idemque se-
 cundum

cundum Deum, supremus illius administrator & caput, ultro Breve Apostolicum dat ad Franciscum, quo præmissâ gratulatione de lætissimis successibus deque divina munificentia in ipsius laboribus honestandis, mandat in eam omnino curam incumbar, ut Theodorum Bezam, Gebennensem Archiministrum ad sanctam orthodoxam Ecclesiam revocet. Opus sanè tanti Viri studio dignissimum erat; at idem plenissimum periculi: cum enim compertissimum esset, Franciscum pro omnium acerrimo heterodoxie insectatore haberi, dubitabat nemo, quin formidolosis certaminibus compluribus objecturus caput esset, si adiret Gebennam: at is intrepidus, simul obtemperare Summo Pontifici statuit, simul ad obeundum martyrium Domino Deo se se offert. Ergo dimicationem illam, cujus jam tumultus animo prospiciebat, mente tranquillissimâ suscepit, in memoriam revocans, nec sine gestientis animi sensu, illud Domini sui: *Eritis odio omnibus propter nomen meum.* (a)

Ita comparatus animo, Gebennam cum pervenisset, nihil ei potius fuit, quam ut ad hominem adiret cujus causâ advenerat: admissus, familiarem illam suam comitatem adhibens, sic eum compellat: Non huc usque sic me à mortalium ceterorum consortio subduxi, Vir Clarissime, ut non de tua eruditione eloquentiâque audierim. Adjunt autem vulgò, idque nunc ipse experior, inter ceteras egregias dotes, illam in te elucere, quòd humanissimè excipis eos, qui ad te officii causâ ventitent, & ingentis observantiæ significatione erga eosdem uteris. Id adeò me mo-

(a) *LUC. 21.*

vit, ut ad te venirem, aperirémque tibi intimos “
 animi mei sensus: te vicissim eam animi mei in- “
 ductionem aequi boni consulturum puto, atque “
 adeò quid de his quæ tibi propositurus sum sen- “
 tias, candidè declaraturum. “

Ad hæc Beza: Tibi verò, Domine mi, debeo,
 qui sic mecum agas: neque enim quidquam tanti
 facio, quanti candorem, sinceritatè que: proin-
 de expone sanè fidenter, quid cupias; ego tibi satis-
 facere conabor. Illud igitur ex te quæro, inquit “
 Franciscus, Possuntne sempiternam salutem as- “
 sequi, qui Romanæ Ecclesiæ doctrinam & insti- “
 tuta sequuntur? Hæc interrogatio cùm improvi- “
 sa accidisset, homo perturbatus tantulum sibi spa- “
 tii concedi postulavit ad respondendum. Ergo “
 secretius cubiculum ingressus, concitatori gressu “
 inambulare audiebatur, ut mos eorum est, qui dif- “
 ficile quiddam ac perplexum, animo volutant: “
 mox, post quartam circiter horæ partem egressus, “
 hand dubitanter professus est, Posse utique Roma- “
 næ Ecclesiæ a seclis vitam beatam consequi; cùm “
 Romana Ecclesia mater sit Ecclesiarum. Cur “
 ergo, excipit Vir Dei, tantum cruoris tum in “
 Gallia, tum locis aliis effudistis, ad sectam ve- “
 stram, quam Reformatam Religionem vocatis, “
 stabiliendâ? quor sum tam multa incendia Tem- “
 plorum? quor sum tam multæ sacrorum loco- “
 rum everisiones, tam multæ disturbanceones alta- “
 rium, tot seditiones, tot bella? Hic vero inge- “
 miscens infelix, voce tremulâ, ac minimè sibi “
 constanti, Quoniam, inquit, in illa vestra Ro- “
 mana Ecclesia animas impeditis, implicatisque, “
 qui “

„ qui opera bona ad vitam illam beatam promittendam necessaria esse traditis; nos autem et
 „ minimè necessaria esse dicimus, sed congruenter tantùm ad fidem adjici. Ex illa autem vestra necessitate, quam populorum humeris imponitis, incommoda plurima gravissimàque consistunt: putant enim illi, faciendum sibi esse necessariò, ut in iisdem operibus bonis se exercerant: nò faxint, faciunt contra id quod præscribitur conscientia: ac sic, dictamen illud violando demerentur; idcirco, Religionem nostram infirmam tuimus, quæ iter cœli planum facit.

„ Atqui, inquit Doctor Catholicus, non ad vestris, hac vestrâ persuasiõne agi homines in labyrinthos tam perplexos, ut vix ac ne vix quidem expedire se ullus, ex eis queat. Etenim negant opera bona necessaria ad vitam beatam acquirendam esse, quid est aliud, quàm pessumdare leges omnes naturales, humanas, divinas: cum hæc postremæ & sempiternos cruciatus intermiserintur refractariis infidelibusque, & sempiternam mercedem promittant iis, qui leges eas constanter observaverint? Constat quidem certè, mortuam caritatem esse in illius animo, qui operam dare detrectat operibus bonis, qui cum fide quam profiteretur, consentiant: neque enim, si vigeret, posset fieri, quin vim suam in exercendis exereret. *Satagite*, (monitum est S. Petri) *ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis.* (b) Confirmat id ipsum dogma fidei, sacrosancta Synodus Tridentina, (c) anathema dicens iis, qui dixerint opera bona
 (b) 2. Petri 1. (c) sess. 6. can. 24.

fructus solummodò, & signa esse justificationis
adeptæ, non autem ipsius augendæ causam.

Neque verò satis est ad summam illam felicitatem adipiscendam, prosteri, Christum Jesum mortem nostrâ causâ pertulisse: neque enim mors illa, quantumlibet sufficiens, operatur quidquam in illius gratiam, qui non filii Dei meritum per bona opera quæ exercent, applicet sibi propriè: ex iis rectè factis aptum est summum munus ac beneficium sempiternæ felicitatis, repræsentandum scilicet iis, qui usque in finem perseveraverint in bonis operibus, juxta oraculum illud supremi Judicis: (d) *Tunc reddet (filius hominis) unicuique secundum opera ejus.* Nec te latet, quid idem ille supremus Juxta Apostolis suis tradiderit de extrema sententia ferenda, decretorio illo die: in ea sententia nihil quidquam exprimitur de peccatis, quæ solum quicumque perpetraverit: ait tantum Christus, ablegaturum se in barathrum improbos, idcirco quòd bona opera exercere neglexerint. (e) *Discedite, dicet, maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & Angelis ejus: esurivi enim, & non dedistis mihi manducare: sitivi, & non dedistis mihi potum: hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non cooperuistis me: infirmus, & in carcere, & non visitastis me.* Ex quo liquet, rebelles illos idcirco æternis rogis addici, quòd operibus bonis operam dare renuerint: quæ quidem si non essent necessaria, ut adstruitis, sed tantum ex decoro exercerentur; cur tandem tam horribilia sup-

(d) *Matth. 25.* (e) *Ibidem.*

„ plicia constituerentur iis, qui illa prætermis-
 „ sent? Hæc, Vir Clarissime, aliquando tibi ob-
 „ cientur, & severè quidem, ab eo qui te jam-
 „ dem consilii sui commonefecit: ac si ex ip-
 „ tunc percunctabere, Quandonam horum
 „ commonefecerit? respondebit utique, (sic enim
 „ se facturum declaravit) tum mentem suam
 „ voluntatem declaratam tibi fuisse, cum ex
 „ hæc audisti: *Qui vos audit, me audit; & qui*
 „ *vos spernit, me spernit.* (f)

Hic verò homo perditus, fronte obstinatione
 cum quod opponeret non haberet, tamen si de-
 rabat satis, se suo ipsius judicio convictum esse
 non modò tamen non acquievit, sed etiam exca-
 descens iracundiâ, nullâ reverentiâ hospitis, erupit
 in convitia. At Franciscus, egregius domitor
 versatusque jampridem insigniter, in frangendo
 animi motibus, neque minùs in procella, quàm
 tranquillitate continendis; quantâ constanti-
 mentisque firmitate cum nequissimo hæretico
 quatuorve horas dimicaverat, tantâ animi æqui-
 rate contumelias illas tulit: & delirum senem
 „ gulari quadam mansuetudine compellans, No-
 „ huc, inquit, me contuli, Vir Cl. ut agritudine
 „ tibi afferrem, sed ut candidè exponerem tibi
 „ omnes dubitationes meas, de iisque quæ
 „ sentires, ex te discerem: sed, contrâ quàm puta-
 „ veram, video omnem tecum agendi facultate
 „ tem illâ tuâ impotentiâ mihi præripi. Ecce
 hanc orationem collegit se tantulum homo per-
 turbatus, excusans studium ardentissimum Re-

(f) Luc. 10.

gionis, quam vocabat, suæ, propugnandæ, quod quidem paulùm trans urbanitatis fines mentem suam abripuisset; flagitavitque, ut ad se aliàs adire Franciscus ne gravaretur.

Vix egressus ex Bezæ ædibus fuerat, cum ipsi in aurem insusurratur, orthodoxum quendam ibidè Gebennæ periculoso morbo implicitum magnoperè ipsius operâ egere. At is ut occasionem omnem non modò arripiebat, sed etiam sectabatur usurpandæ caritatis, zelo salutis proximi, imminentis suo capiti periculi formidinem superante; ad eum pergit continuò, spretòque mortis discrimine bonum virum Sacramentis procurat, animat ad extremum agonem, tum recedit, optimo & fidelissimo Domino gratias agens, qui tam suaviter cuncta disposuisset in ægroti illius utilitatem, qui cariturus utique fuisset præsidii tali tempore maximo perè necessariis, nisi suavissima illa providentia in illius salutem sempiternam invigilasset.

Ubi primùm Tononum se receperat, rationem sibi reddendam putavit Summo Pontifici gestionis sibi demandatæ ab eo provinciæ: de ea hunc in modum ad eum scripsit:

Beatissime Pater, Theodorum Bezam con-
 veni, (ut mihi Vestra Sanctitas præscripserat)
 feriâ tertiâ post Pascha. Illum initio satis facilem
 nactus sum: verùm, ubi penitè illius animi
 sentia exploravi, cor inveni planè faxeum, corroboratâ
 jam annorum complurium intervallo
 pertinaciâ. Si quo tamen modo fieri posset, ut
 Gebennæ haberetur cum Calvinisticis Ministris
 publica concertatio de Vestræ Sanctitatis

H

con-

„ consensu, rediret fortè postliminò ad S. Eccle-
 „ am : & in rebus quidè difficilibus iisdem, & in
 „ gni momenti, non nihil dandum aleæ, Beatiss-
 „ me Pater, cum præsertim annum hunc glorio-
 „ coronaverit Dominus in misericordia & mi-
 „ rationibus cælestium benedictionum : popu-
 „ lis hæreticis, vicinis rebellis urbis illius, festina-
 „ tibus ingredi turmatim in caulas Ecclesiæ, cum
 „ tu supremus Pastor es. Quale verò spectacu-
 „ lum! *cæci vident, claudi ambulant, surdi audiunt, mu-
 „ tui resurgunt, fugantur dæmones, pauperes evan-
 „ gelizantur.* (g) Exit Jonas de ventre ceti : ex-
 „ ex Ægypto Israëlitarum : educitur Daniel de
 „ leonum : reddit infernus eos, quos voraverat
 „ mare rubrum sicco vestigio mystici filii Iste-
 „ trajiciunt : ita, Beatissime Pater, hæc te ma-
 „ consolatio, cuncta hæc fieri in diebus tuis. Quo-
 „ obrem vehementer à Vestra Sanctitate peti-
 „ mus, operi huicce Christiano imprimis favore
 „ dignetur, Apostolicâ suâ benedictione nos in-
 „ petiando.

Huac in modum, granum sinapi, quod apud
 „ ros Palæstinósque *minimum est omnibus seminibus*
 „ crevit tantoperè, ut factum sit *arbor, cujus in ramis*
 „ *volucres cæli habitent :* (h) hoc est, verbum Evange-
 „ tam digni operarii ministerio mitos fecit progredi
 „ sus in mentibus, quietemq; attulit populis jam
 „ in erroris nocte, inque umbra mortis sedentibus.

SECTIO II.

DUM tot victoriæ, totque triumphi à sancto
 „ Viro de tetra dæmone, de mundo, de carne
 „ (g) *Matth. II.* (h) *Matth. I3.*

repotabantur, optimum factu visum eidem, tum
 sermone, tum etiam scripto commentariolo tan-
 quam ob oculos publicè & palàm ponere cuilibet,
 quàm absurda esset hæreticorum nequitia, circa
 capita quæ in controversiam vocabantur, affin-
 gentium passim eruditissimo Doctore inepta com-
 plura, famolòsque libellos spargentium. Ergo En-
 chiridiolum evulgavit, quod & perlegeretur pri-
 vatim ab iis, qui certis de causis nondum audebant
 de superiori loco ad populum verba facientem au-
 dire, & distribueretur publicè in alios. Illius au-
 tem efficacitas tanta fuit, ut caliginem discussit
 compluribus, mentèsque adversus blasphemam
 hæreticorum impietatem inflammaverit sic, ut
 non pauci apertis oculis ad veritatis eo in libello
 affulgentis radios, capessiverint sanam doctrinam,
 fidemque orthodoxam. In iis fuit inter primos
 Tononæsum Syndicorum, quos vocant, prima-
 rius: is ad Franciscum adiit, ultròque se ipsi per-
 misit, fassus convictum se argumentis & rationi-
 bus quas proposuisset, agnovisse denique quæcun-
 que tradat Sancta Romana Ecclesia, verissima esse.
 atque adeò paratum se cum non paucis aliis esse, ad
 id ipsum publicè solenni cerimoniam profitendum.
 Et accipiendum quod offerebatur, censuit incen-
 sus hæresis profligator; cum præsertim dubium
 non esset, quin momenti plurimum habitura esset
 ad rem orthodoxam talis Viri, qui publicam au-
 thoritatem cum laude exercebat, ad Ecclesiam
 transitio. Verùm res difficultate non caruit: quo
 die ex condicto manipulum illum candidatorum
 fidei, ad eadem sacram ductabat lætus successu

Myſtagogus, comitantibus quotquot Catholici
 jam erant, adverſariorum primarii partim iracundi
 diâ perciti, partim rubore luſſuſi, plebeculam con-
 citant ad tumultum: hinc repentina in tranſeuntium
 lapidatio. Hic verò vel maximè enituit candidiſ-
 ſimæ animæ tranquillitas: nam nihil perturbavit
 animo, ad ſeditioſos ſe Franciſcus obvertens, tanta
 ſuavitate juxta, & efficacitate furentem turbam
 compellavit, ut tanquam olim mortalium Maſ-
 ſter in horto illo Oliveti, dejecerit non corpora
 ille quidem ſed corda cunctorum: ſicque frege-
 eorum furores, vociferationes, impetum, ut in
 ſeditionis auctores fateri coacti ſint, Thaurmar-
 gum Doctorem illum Catholicum eſſe.

Quanta verò fuerit Neophytorum illorum
 ultatio, ex eo fieri conjectura poteſt, quòd cum
 tiſ ſibi gratulari poſſe non putarent. quòd ſibi
 tum à Domino tributum donum eſſet; ex in-
 quodam gaudio, ſcripſerint ultro ad Summum
 Pontificem, quòd ne ullus deinceps dubitaret, quòd
 ſolida ac minimè fucata ſua ad fidem orthodoxam
 converſio foret: proinde ſe ſuarum partium
 putaviſſe, profiteri, ſe in perpetuum Summo
 ſtori, Patrique Sanctæ Eccleſiæ parituros: roga-
 tes præterea ſuppliciter, tueri ne dedignaretur
 os ſuos, iſ ſ præſidiis maximè indigentes, imper-
 riſque ſibi Apoſtolicam benedictionem. Affe-
 runt mirum in modum hæc literæ Pontificem: pro
 inde ad eum cujus operæ ac labori ſecundùm Deum
 um debebantur tam læti ſucceſſus, hoc eſt,
 Franciſcum, iterum ſcripſit in hanc ſententiam.
 „ Dilecte fili, Salutem & Apoſtolicam benedictionem

tionem. Cognovimus ex tuis literis, quis tuus
 zelus sit, quod studium ad propagandam fidem,
 ad salutem animarum accurandam, & ad redu-
 cendam in caulas ovem illam perditam. (Theo-
 dorum Bezam intelligit Pontifex) Ista tua ora-
 tio dignissima est servo Dei, in partem & por-
 tionem illius hæreditatis vocato: ac tamen si neg-
 otium illud, cuius exitum avidius expectamus,
 sit, ut scribis, difficillimum; tamen, quoniam o-
 pus Dei est, cuius misericordiã nitimur, horta-
 mur te ad id persequendum, & ad curam illam
 nullo modo abjiciendam. Quod ad illos po-
 pulos attinet, qui tam ardentè restitui fidei or-
 thodoxæ exercitationes in patria sua cupiunt,
 scribemus quod opus est: & dum tu quod in te
 erit in rem eam conferes, nos tibi paternam no-
 stram benedictionem impertimur. 29. Maji,
 1597.

Literis iis acceptis, nihil potius Francisco fuit,
 quàm ut Bezam conveniret denuo. Admissus ad
 colloquium, secundùm officia verborum, & præ-
 fationem honoris, librum qui in mensa Ministri
 erat, cum, ut fit, aperuisset homo perditè cotumax;
 Augustini vestri, inquit, hæc sunt: at ego haud il-
 lum magni facio. Quidnã verò? inquit Catholi-
 cus Doctor. Quoniam, subjicit Calvinista, do-
 cet hominem cooperari posse gratiæ motibus,
 quibus Deus humanam voluntatem sollicitet, &
 ad se trahat: ego verò alia omnia sentio. Atqui
 (excipit Franciscus, expertus jam pridem, quàm
 facile sit suaves jucundâsque divinæ gratiæ per-
 motiones sequi consentiendo) sana verâque do-

» cetera illa S. Augustini est : ac si considerare ipse
 » rem voles, ut libratores horologiorum illas suas
 » machinas ita aptant initio, ut horas singulas
 » urnas nocturnasque indicet & metiantur suis me-
 » tribus, qui motus primùm inchoati pergunt de
 » de horas easdem designare ex vi primi libramen-
 » illius, sic, ut absque primo eo motu foret, cetera
 » prorsus inertia & inutilia essent : sic mentes
 » Deus primùm quidem ad cordis compunctio-
 » nem invitat ; quod invitamentum si ipsa seque-
 » tur, divinæ gratiæ cooperatur, atque adeò si vult
 » decurrat gradus alios omnes justificationis : hoc
 » tamen discrimine, quòd in horologio quidem
 » si semel pondera rotulasque aptè disposuerit
 » brator quem diximus, illa horarum partitio
 » qualiter procedat necesse est ; in justificatione
 » autem, quoniam Domino Deo constitutum est
 » vim nullam, hominum afferre libertati ; resistit
 » re illius impulsionebus penès nos est. Non enim
 » ferreis uncis, aut catenis trahit nos Deus tanquam
 » tauros aut bubalos : sed *in funiculus Adam, in ro-
 » culis caritatis, (i)* blandientis potiùs in morem
 » quàm per vim adducens, ita ut humanum cor
 » cui naturalis libertas est, ad se adducat invita-
 » mentis quibusdam suavibus, eidemque mirum in
 » modum congruentibus ; juxta illud Jeremias
 » *In charitate perpetua dilexi te ; ideo attraxi te, mis-
 » rans. (k)* Quæ voces illud nobis profectò confir-
 » mant, divinæ misericordiæ, inde usque ab ære-
 » nitate, fuisse propositum, ut homines universos
 » ad se traheret modo quodam sufficienti, atque
 » adeò suavi, impulsiones illas ultro eorum motibus
 »

(i) Osee II. (k) Jerem. 31.

tibus immittendo, quò cœlestem doctrinam & recipiant ipsi, & degustent: quæ quidem beneficentia libertatem minimè corrumpit. Urget illa quidem, non tamen arbitrium sui cuiquam adimit: tanta est manus divinæ cor nostrum tangentis suavitas: ita in istis permotionibus animi, integrum nobis est aut assentiri, aut dissentire, atque repugnare; utque dant eam ut possimus, si lubet; ita earundem suavitas libertatem nostram conservat & tuetur. *Si scires donum Dei,* (ajebat Dominus mulieri Samaritanæ) *& quis est, qui dicit tibi, Da mihi bibere; tu forsitan petisses ab eo:* (1) quasi diceret; Posses eo dono uti, etiam si maneret libertas ad petendum, non petendumve. Nec ignoras, Vir Cl. quin fiat hæc verba Christi: ex quibus illud efficitur, negantem quin aut irritam gratiam Dei reddere, aut efficacem, arbitrium nostrum queat, verbo Dei refragari, pugnare cum SS. Patribus, contra experientiam niti, & in excommunicationem incidisse à Tridentino Concilio jactam in eos qui aliter sentiant. Et verò utrumque penès nos est, aut oblatam gratiam accipere, aut eandem rejicerere ac repudiare. Proinde noli, Vir Cl. sic aut sentire, aut loqui: blasphemus enim sis in summam bonitatem, quasi hæc exitii tui causa sit: ut enim bona Dei suffureris, si absque ejus gratia vitam beatam te consequi posse aut censeas, aut prædices; sic in ejus misericordiam sis injuriosus, si eam tibi defuisse tibi persuadeas. Omnino, ut nisi profiteamur plurima maximaque beneficia

H 4

pro-

(1) Ioann. 4.

„ profecta in nos esse ab illo, cuius est *omne datum*
 „ *optimum, & omne donum perfectum*, (m) illius libe
 „ raltatem offendimus; sic in eiusdem bonitates
 „ blasphemamus, si nihil opis, nihil auxilii nos
 „ ea tulisse profitebimur. Ita nihil aliud mihi
 „ possum de te persuadere, nisi quæ dicis cum
 „ quæ sentis pugnare; quandoquidem quàm ver
 „ certaque sint quæ adstruo, deprehendere
 „ potuisti non tantum apud sanctos Ecclesiæ Do
 „ ctiores, qui primis quinque seculis floruerunt
 „ sed etiam in verbo Dei, inque Testamento
 „ veteri æquè & novo.

Hæc, unà cum mentis perturbatione non le
 ruborem quoque misero injecerunt: ita & lingua
 „ & mente titubans, Ego verò, inquit, precor
 „ Deo quotidie, ut si non sum in vera Ecclesi
 „ ad eam me reducere dignetur. Quæ ubi per
 „ acta sunt, Calvinistici Ministri tum Gebennenses
 „ tum Latobrigenses, circumspicientes se se, agnos
 „ centesque non posse se ferre tam acrem adverte
 „ rium; illius petitionibus si non eludendis, debili
 „ randis certè utcunque, de communi consilio con
 „ stituunt ad certamen descendere cum Francisco
 „ atque ad eò Tononi ad dictam diem ad futuros
 „ spargunt in vulgus: sed ubi ea dies advēnit, ad
 „ nullus quàm victoriã tam illustri non contentus
 „ tis athleta, Gebennam se, in arcem sectæ iturum
 „ ipsis significavit, fecitque: quartum igitur cum
 „ redisset, cum inveterato illo dierum malorum
 „ egit.

„ Vides, Vir Cl, agitur animus tuus hinc inde

(m) *Iac. i.*

sollicitudinibus curisq[ue] non levibus. Nimirum
 agnoscis verissimam certissimamq[ue] esse do-
 ctinam Catholicæ Ecclesiæ; quæ ut te aliàs la-
 cte aluit, ita nunc invitat ad reditum. Adejus
 gremium redito, quod à te quin vehementer
 optetur, dubitare nequeo. Per hanc, tibi sinum
 misericordiæ suæ aperit Pater misericordiarum;
 per te unum stabit, quò minus is te excipiat. Il-
 lud reputa ipse tecum, ætatem tuam hancce an-
 norum septuaginta tanquam nuncium esse qui
 te commoneat de instante è vitâ exitu, atque
 adeò de ratione reddendâ Deo quàm exactissi-
 mè, de cunctis factis, dictis, cogitationibus, cõ-
 siliis. Quòd si illud te fortè angit, si ad Ecclesiã
 redieris, ad egestatem te redactum iri, caritu-
 rumq[ue] iis quæ ad vitam tuendam necessaria
 sunt, sic habeto, polliceri me tibi Summi Pon-
 tificis nomine, de futurum tibi nihil; contra,
 omnia abundè tibi suppeditatum iri, quæ ad
 vitæ commoda pertineant. Atque hæc ultima
 denunciatio commovit magnoperè infelicem
 hæresiarcham: sed vicit infeliciter funesta illa co-
 gitatio, quis futurus esset de se hominum sensus,
 qui sermones, si faceret quod faciendum videbat:
 ita mortuus est in peccato suo. Nimirum catena
 obstinatæ voluntatis, de quâ S. Augustinus, (n)
 cum constrinxerat: postque tam multa crimina
 perpetrata, tandem miserum addixit infauitissimæ
 æternitatis cruciatibus, qui nihil unquã remittent.
 Adeò formidolosum est resistere vocanti Deo, e-
 jusque lumini esse rebellem! quot peccata, tot vin-
 cula,

H 5 cula,

(n) l. 8, Confess. c. 5.

cula, ajebat Sanctus Gregorius: meritóque dictabat Sanctus Joannes Chrystostomus, Qui semel pudoris & verecundiæ fines transilierit, eum ferè sensum amittere paulatim rerum omnium, quæ ad vitam alteram pertineant: nec leni correptione flectitur, nec minis cedit, nec devincitur beneficiis: malitia illius extrema est *Frons mulieris meretricis facta est ei: [o] nescit evadere.*

(o) Jerem. 3.

CAPUT II.

Parochos constituit, Orationes horarum quadraginta indicit; Cruces ad Gebenne muros postliminiò erigit.

Cùm in dies grex cresceret, partium suarum existimavit gnavus Paterfamilias, non ovibus tantum sed etiã Pastoribus prospicere. Poscit ab illusterrimo Episcopo Gebenneensi, Sacerdotes tum seculares tum Religiosos, illis Parochiarum curam proventusque traditurus, hos ad ministerium verbi Dei adhibiturus. Neutrum sine summâ difficultate fieri potuit: nam qui primi Parochi constituti, iis vix suppeditare potuit unde alerentur, freudentibus de more hæreticis, Catholicosque tenues & accisis opibus egètes oppugnãtibus acciter: cùmque obstinatè in suscepto semel errore cæcutirent Calvinistæ potentiores, nec ad lumen quod ab Apostolico Viro ultro ingerebatur, aperirent oculos; Parochos Adesque sacras tanquam onus Æternæ gravius detrectantes, nihil tam av-

bant, quàm Pastores inediã confici: & penè voti
 compotes facti essent, nisi valdè parvo contenti
 tum ii, tum Franciscus ipse durasset: illã se interim
 consolatione sustentans, sic prorsus actum fuisse
 cum primis illis Evangelii profeminatoribus, sibi-
 que illud propriè canens, quod de se paulò antè
 S. Carolus usurpaverat: *Ego in domo Dei mei sume tan-
 quam canis, cui pauxillum panis tribuitur, pauxillum aquæ,
 pauxillum paleæ ad cubandum.* Nec destitit tamen
 propterea: omnibus iis difficultatibus superatis,
 Patochos sex constituit, quæque animo conce-
 pta habebat alia, perfecit, opus Dei utique pera-
 gens: laboresque & ærumnas, & discrimina pro ni-
 hilo reputans, non modò nihil cessit, sed etiam in-
 dicendam, curavit solennem Orationem horarum
 quadraginta, tum ad filios in Christo suos solan-
 dos, roborandósque; tum ad cœlestè protectionē
 impetrandam operi sanè arduo quod moliebatur,
 ut haud procul Gebennã salutare vivificæ Crucis
 signum defigeret. Eam in rem transegit cum To-
 nonensibus orthodoxis, ut Crucem idoneæ ma-
 gnitudinis deferri curarent ad pagum Damnasiũ,
 leucas quinque Gebennã distantem; quo in pago
 eorum adventum oppetiebatur Illustrissimus E-
 piscopus Gebennensis, unã cum sodalibus S. Cru-
 cis, qui eodem se contulerant omnes in veste pœ-
 nitentium, nudis pedibus, quasi cuncta concurre-
 rent ad insigne ornamentum illud Ecclesiæ resti-
 tuendum. Nimirum *Christus Dominus pati venit: sed
 et glorificari; inquit S. Augustinus [a] contemni, sed
 etiam exaltari: mori, sed etiam resurgere: opus te terret,*

mer-

[a] De verbis Domini, c. 12.

mercedē vide. Ergo Cruces quas pridem hæreticorū furor deturbaverat, tunc postliminiò orthodoxorum illorū pietas reposuit: quasi redirent secula illa prima Ecclesiæ, quo tempore ubique defigebantur. At Gebennenses furore perciti, satellites præmisere armatos, qui ipso in itinere cōventum adventantium orthodoxorum disturbarent, quos contemptim prætergressus Franciscus, fretus Deo, cum suis porro perrexit, dum ad designatum locū perventum esset, illud secum Psalmographi revolvens: (b) *Manus mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum.* Ubi cuncti convenerunt, Sacrum facit Pontificali ceremoniâ Illustrissimus Episcopus, Musica Symphonia ad modos concinente Jesu Christi Vindicis mortalium laudes, cujus ipsius corpus augustissimum è sacro pegmate in Altari adorandum proposuit. Secundum Missam, verba ex suggestu facit de dignissimo argumento Ecclesiastes noster exultante concione, cujus animos tantâ luce illustravit, tantâ suavitate complevit, ut postquam copiam illam immensam utilitatum commoditarumque didicerant, quam Jesus Christus in sacrâ Eucharistiâ publicæ fidelium suorum venerationi expositus conferre consuevit, conveniret undique plebs pia turmatim, ab iis accersita, qui fructuosissimam orationem auribus primùm hauserant suis: tum hi autem tum illi incredibili consolatione delibuti, admirantēque quæ tunc primùm audierant, solvebantur in lacrimas, quas vel gaudium eliciebat, vel intimus dolor de offenso Deo: atque adedò contestaban-

(b) *Psal. 88.*

tur universi se vitam moralesque conformatos
deinceps in melius, & præclaras illas sanctasque
cerimonias Ecclesiæ in perpetuum veneraturos.
Neque sanè immeritò: quàm enim consentaneum
est, cerimoniis uti certis, statisque, ad colendum
Deum magnificentius? *Quid vilius* (ajebat S. Au-
gustinus (c) in hanc sententiam) *in corpore tuo ca-*
pillis tuis? quid contemptius? quid abjectius? Et tamen si malè
te tondeat, irasceris tonsori, quia in capillis tuis non servat
equalitatem: Et tu in membris Christi non tenes unitatem?
Et paulò pòst: *Indignum Deo putas, cui ab omnibus quæ*
qui in eum credunt, in unitate serviatur? Ut ad propo-
situm revertamur, pium agmen amore exultans
& gaudio, eò tetendit, ubi collocanda Crux erat:
ductor & antesignanus Franciscus, et ipse incredi-
bili lætitiæ sensu gestiens, secundùm solennem Ec-
clesiæ Hymnum de Cruce, (d) modulatè decanta-
tum, hortationem habuit ad circumstantes, de in-
finito pretio atque dignitate arboris vivificæ, de
qua præcelsum quendam in modum sentire quis-
que debeat; & de more, audientium animos pror-
sus ad se convertit & rapuit. Tum, ut obviam iret
impiis hæreticorum cavillationibus, Cruci eidem
affigi curavit lamellam ex ferro albente, quod vo-
cant, cum hoc elogio: *Non in Cruce lapidem lignumve*
adorant Catholici, sed Deum; qui dum in Cruce vitam
posuit, dignam eam reddidit que adoraretur.

CA-

(c) *Tractat: 10. de diversis. cap. 6.* (d) *Vexilla Regis*
prodeunt t.

Anecii in morbum incidit : ibidem ministrare constituit læ infectis : Tononum reversus , denuo cum hæreticis dimicat.

SI mors nemini parcat, ne iis quidem qui videbantur fortunatiores esse aliis, de morbis quoque dici potest, eorum vim sæpenumero in Sanctos, inque amicos Dei grassari violentius, quam in vulgus mortalium. Anecium petierat Vir Deus ad negotia quædam expedienda in gratiam Anruatium : eò dignior videbatur, qui uteretur firmiori valetudine : & tamen in gravem morbum illo in oppido incidit, incredibili dolore Illustrissimi Episcopi juxta, & Tononensium, quibus, si quid Francisco humanitùs accidisset, non videbatur posse tunc temporis accidere jactura gravior. Sed Dominus Deus, qui ejus operâ ad gloriam suam diutius uti volebat, brevì pristinam ipsi sanitatem restituit: eâ ipse ut bene apteque uteretur, constituit impendere se totum juvandis iis, quos ibidem pestis tunc sæviens afflaverat. Ergo cum Sacerdotem quendam ex venerabili Patrum Capuccinorum Ordine Tononum misisset volentem lubentemque, qui Tononensibus Catholicis suo loco vicariam operam impenderet, nondum constituto Parocho; ipse ad illustre opus se comparat. Sed eum tunc quidem fefellit opinio : Dominus Deus incensa illa voluntate contentus, mentem iam Gebennensi Episcopo injecit, ut Franciscum ultra progredi vetaret: non enim ferre tempus, ut

viram

vitā tunc tam præfenti discrimini offerret, reservā-
 dam ad majorem utilitatem Ecclesiæ. Ita sibi tem-
 peravit servus Dei: nec ultra progressus, ubi pri-
 mum negotia cum eodem Præsule confecerat,
 ob quæ susceperat iter illud; accepta ab illo bene-
 dictione, eò unde profectus erat, reversus est, o-
 peram suam aliis in rebus occupaturus. Et Domi-
 no Deo cuncta suaviter disponente, ne otiosus ze-
 lus ille vel ad p̄breve tempus remaneret, ubi pri-
 mum redierat, Tribunum legionis Antuatium
 convertit ad rectam fidem: mox, successus secu-
 tus longè admirabilior. Nam cum jam pridem
 plurimum laborasset in femina (expressum no-
 men non invenio) itidem ad sanctam Ecclesiam
 reducendā, & ad eam diem incassum; ipsa ultro
 adit ad Virum Dei, polliceturque, siquidem filio-
 lum sibi primogenitum restitueret, quem mors re-
 cens ademerat, facturam quod tantoperè concu-
 pisceret, & Catholicam futuram. Hic Vir Dei cum
 aliquantum hæssisset animo, confisus tamen Deo,
 cujus in manu nôllet claves esse vitæ & mortis;
 quique sic cuncta disponat, ut electis omnia coo-
 perentur in bonum; precarus ab eodem summo
 Rectore rerum omnium, uti omnipotentia suæ
 thesaurum hîc aperire non dedignaretur, conditi-
 onem accepit: dein, cum orâisset satis diu, ardore
 eo quo servos Dei in re tam ardua tamque anci-
 piti facere solitos accepimus; filiolum vivum ac
 spirantem matri reddidit: acceptum pia parens
 baptizari curat continuo: ipsa, unâ cum tota fami-
 lia hæresim ejurat: illius exemplam secuti subinde
 complures è finitimis, ad quos rei fama brevî, ut
 fit.

fit, longè latèque dissipata pervenerat: tutissimum
 esse rati fidei institutum amplecti illius, quæ à Viri-
 tam Dei amico traderetur, & quam idem vitæ mo-
 rûmque sanctimoniâ assereret, orationis efficaci-
 tate stabiliret, miraculis confirmaret. Ipse, ut nulli
 in re deesset filiis in Christo suis, instaurat oratio-
 nem horarum quadraginta, unde tam vberes fru-
 ctus collegerat, cum primùm celebrata est. Inter-
 fuit, ut antè, Illustrissimus Episcopus, & sacrosan-
 ctum Christi corpus adorandum publicè propo-
 suit denuo. Et incredibilem animo voluptatem co-
 pit ex concursu populorum, supplicum ritu con-
 venientium undique; maxime cum eodem tem-
 pore complures ad Ecclesiæ gremium se se reco-
 perint. Omnium pietatem accendit Ecclesiæ
 noster, cum aliis aliquot delectis, sic partitus vice-
 ut interdum idem, noctuque, alternis ad conciones
 diceret. id provisum idcirco; quòd occulti quæ-
 dam adhuc Catholicæ fidei candidati cum inter-
 diu peroranti auscultare non auderent, ne quæ-
 inde turbarum existeret, noctu intererant de la-
 periori loco dicenti, commodius, nec fructum
 nori: siquidem nox illuminatio eorum in delictis
 Domino Deo tam rutilum jubar eorum objicere
 te mentibus, ut luce meridiana clarius viderint Ec-
 clesiam & aspectabilem eandem esse, & ab erro-
 di periculo immunem; quæ quidem capita duobus
 controversiam tunc potissimum vocarant hæreses
 ei Ministri: largâ utique Domini benedictionem
 nam ad septingentos per eos dies in gratiam cum
 Deo cumque Ecclesia redierunt.

Porro non tantum indigenas, seu rudes in fide, seu hæreticos servi Dei caritas complexa est, sed etiam se ad externos extendit. Eo tempore illac ductabat copias Comes Marrinenquius: milites orthodoxi illi quidem, verum, ut ferè ubique, vitæ licentioris. Hi cum de sacro suggestu verba facientem audissent aliquoties, ita commoti sunt, ut constituerint ex infelici illo statu recipere se se ad frugem, atque ad officium: & eam in rem plerique apud Franciscum generalem homologesim hoxarum vitæ totius instituerunt. hinc tanta mentis mutatio consecuta, ut à solutâ vitâ illâ propè ad severam Religiosorum virorum disciplinam transfererint: adeò in ipsis deinde nihil nisi castigatum & piium; ut diceres, lectum fuisse singularem quendam in modum, fidelem famulum ab optimo Domino, cui legis suæ præcepta crederet, quò mortales ipse deinde ad ea piè & religiosè usurpanda institueret.

Tanta autem ejus erat lenitas, ut in neminem merore tristitiæve dejectû incurreret, quem non continuo singulari quadam humanitatis significatione solaretur. Militem quidem recens conversum suæ operâ ab hæresi, cum fortè obvium habuisset, tam graviter perturbatum animo idcirco; quòd imprudens ad communionem corporis Christi accessisset non jejunus; ut de veniâ à Domino Deo consequendâ, etiam per pœnitentiâ, penè desperaret; Quid, inquit Pastor misericors, "têne laret Deum esse infinitè misericordem? an " non illud didicisti, vel lacrymulam ex corde " contrito defluentem, arma illi extorquere de "

130 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
„ manibus, suavissimamque illam majestatem
„ propitiare ingemiscenti peccatori? Cur peccatori
„ leviori addas gravius? Illud, quicquid est, factum
„ est à te per imprudentiam, non deliberatè
„ sanè; bono animo esto; ac pœnitentiæ nomine
„ recita semel Orationem Dominicam. Cuiusmodi
„ miraretur pœnitens, causareturque, non
„ eò levem noxam esse, ut tam levi peccato
„ elueretur; Abi sanè, inquit benignissimus Confes-
„ sarius: quod tibi à me pœnitentiæ nomine
„ imperatur, perage, ac de cetero morem gerens
„ simul illud accipito, plus apud nos esse, patet
„ Confessario, quàm corpus afflictere spontè
„ ciliciò perpetuò, aut quibuscunque aliis asper-
„ tatibus: est enim ferè nostrorum apud Dominum
„ Deum meritorum mensura, vis illa, quæ contumacem
„ ces appetitiones, propensionésq; frangimus
„ quicumq; propriæ voluntatis motus sequitur,
„ divinam gratiam, atq; adeò divinam beneficia
„ tiam inhibet.

CAPUT IV.

*Cardinalem Medicum salutat: reducit
sanctam fidem plurimos: Crucem Tomoni
coram Duce Sabaudia erigit.*

NONEO in uno angulo terrarum Dominus Deus
qui Sanctos suos honestare solet in laboribus
contineri voluit famam servi sui: quare sic res
disposuit, ut longè lateque tanquam fluvius benedi-
dictionis manaret illius existimatio. Ad id contem-
lit plurimum, adventus eas in oras Cardinalis

dicæ, recipientis se se in Italiam è Galliâ, ubi Legatum Pontificium egerat. Is Romam cogitans; intercluso ex grassanti pestilentia itinere, Totonum divertit: eò cum Dux honoris & officii causâ se contulisset, secundum salutationem, Franciscum Cardinali obtulit, cum hac præfatione; En, « inquit, Cardinalis Eminentiſſime, Apostolum » Antuanum: *Virum dilectum Deo & hominibus*, qui « salutis animarum sitientissimus; venit primus » temporibus hisce calamitosis in hanc Provinciâ, « nec sine ingenti capitis & vitæ discrimine: verbum Dei disseminaturus, fidem excitaturus; Crucem Domini erecturus, quam ante annos septuaginta Avernalibus hæreticorum arma disjecerant, deturbaverantque: ego tam piis conatibus obsecundans ensen huc attuli: sed tamen tota laus tanti operis isti debetur.

Atque hinc Franciscus, modestissime poplitum altero flexo, accedens Cardinalem propius, ejus togam osculatus est: quem erigens Cardinalis arcteque complectens, Age, inquit, age, Vir inclite: quæ tam feliciter inchoasti, ea strenue perficito: ego Summo Pontifici memorabo pluribus, quæ à te hinc in Dei Ecclesiæq; causâ gerantur. Dux vero, gnarus quàm uberes totus tractus ille fructus ex Oratione horarum quadraginta semel iterumque retulisset, eandem tertium indici è re Catholicâ esse censuit, atque ad eò morâ omni abjectâ, diem sequentem ad tam religiosam cerimoniam designavit, duo illa sibi proponens, alterum, ut solennius gratiæ Domino Deo agerentur pro collatis muneribus, proque felicissimo successu eorum

132 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
quæ peracta jam essent; alterum, ut confirmaret
quod operatus jam erat in his populis, perficeret
quæ cœperat. In utrumque sic incubuit venerabilis Sacerdos, ut illabente suavissimè mentibus
finitimorum sancto Spiritu, concursus incredibilis fuerit toto triduo eorum, quibus in gratiam
cum Ecclesia redire constitutum erat: ita ut
delegati ad abjuracionem hæreseos erant, atque
adeò ad impetrandam absolutionem respicientibus heterodoxis, illis ne ad momentum quidem
aut abesse, aut interquiescere, iis diebus licuit
profectò operarii pauci erant præ messe tam multâ. A
resignans fuit unus ex hæreticis Ministris: is
versus seriò, postquam diù palàm ac publicè
commendationem Catholice fidei dixerat,
manibus Legati ipsius ejuravit hæresim. Secundo
deinceps Dynastæ complures, complures viri
marii: tum nullo discrimine plurimi alii sexus
triusque omnium ætatum, omnis conditionis. Præ
mâ die Pontificali cerimonia sacrificavit Illustri
simus Episcopus Gebennensis, secundùm Missam
instituta sacra supplicatio ad Templum S. Augustini,
Præsule eodem Augustissimum Christi corpus sub umbella gestante, prosequentibus
gato, Duce, Neophytis compluribus: cereum quoque
que accensum de more præferabat. Illâ in
reposita sancta Eucharistia triduum ipsum fidei
um venerationi objecta est: quo loco suggestis
identidem conscendens plenus Deo Ecclesia
tantos motus fecit animorum, ut ad decem
minum millia, & quod excurrit, dicantur
venisse.

At Princeps aulicq; ritè obita sacra synaxi, inter-
 fuerunt præterea supplicationi, quæ ab Æde
 sacrâ S. Hippolyti, ad locum usque progressa est,
 ubi defigi Crucem placuit. Nihil ad celebritatem
 defuit, nihil ad pietatem, & tam suave spectaculum
 fuit, ut lacrymas elicuerit adstantibus. iavit Dux
 ipse, suis manibus, Episcopos Gebennensem & S.
 Pauli, eandem religiosè componentes; tum pro-
 cumbens in genua, vitale signum adoravit pri-
 mum, mox arètè complexus est, postremò, non
 semel impressit sancto ligno oscula incredibili
 quodam vel Christianæ observantiæ sensu, vel re-
 ligionis. Factitârunt eadem alii plerique adstan-
 tum, symphoniâ interim ad modulos Hymnum
 de S. Cruce prosequente, & scilicet eo cantu, qui
 nihil molle, nihil fractum haberet, quæ vitia in
 modis Ionii Lydisque, damna bat olim Plato; sed
 qui Musicâ Doricâ, Phrygiâque graviores atque
 angustiores, non pugnantes quidem homines cum
 hominibus incitarent, sed celebrarent triumphos
 Christi Domini, monerentque, eundem locis de-
 inceps iis imperaturum, ut antè aliàs. Crederes
 ecelum terrâque consociatâ jubilatione iterare
 sacrum Alleluja, & à militantis Ecclesiæ filiis ali-
 quid fieri ad id accedens, quod superni cives usur-
 pant, dicentes Amen, pacisque & societatis oscu-
 lum impertientes iis, qui recens in gratiam cum
 Deo redierant, ab eodémque sanctificati fuerant:
 Franciscus admiratione defixus, sobriâque lætitiâ
 gestiens ad tantos plausus, tamque honorificam
 approbationem eorum quæ per se Deus fecisset,
 compellandum sibi Ducem putavit in hanc sen-

tentiam, coram auditoribus quater mille, & quod
excurrit.

„ Ut æquissimum est, Princeps Celsissime, tam
„ insolitos animorum motus, totque heterodo-
„ orum reditum ad S. Romanam Ecclesiam sum-
„ mo Motori tribuere, qui immotus ipse, motus
„ impellitque tam suaviter suorum animos; ut
„ inhiari nemo jure queat, quin idem summus
„ cœli terrarumque Moderator zelum adhibe-
„ rit tuæ Cellitudinis, tanquam instrumentum
„ id quod peractum volebat, maximè idoneum.
„ mirum cor Principis in manu Dei fuit tum ali-
„ tum eo potissimum mense quem Tōnonie
„ egisti, ut ad quodcumque voluit, illud conver-
„ rit. Et verò dum in id totus incumbebas, ut
„ hanc tantam multitudinem quæ publicis homi-
„ tionibus, dignissimis utique Principe religi-
„ sissimo, quæ admonitionibus privatis ad
„ qui columnæ hæreseos esse videbantur; valde
„ us autem, bonorum operum, omnis generis
„ documentis, in gremium Ecclesiæ postlumi-
„ cogeres; planum fecisti Ducem maximum
„ te super hos populos à Deo constitutum, ut
„ prædicare præceptum ejus non desieris, antequam
„ quàm rerum facie mutatâ, ubique conspicitur
„ pit arbor Crucis vivificæ; quàm vox turris, hinc
„ est, cantus Ecclesiæ auditus est in terra
„ quàm vineæ florentes, ac recens exultæ dederunt
„ odorem suum. Equidem illud vobis affirmare
„ queam, (addidit, oratione ad coronam con-
„ versâ) auditores illustres & pii, nullum ali-
„ dem motum hinc fuisse, quem non, ut ita loquar,
„

Celsissimus Princeps moverit, hoc est, nihil ab ipso prætermis-
 sum nunc blanditiis adhibitis, nunc intentatis minis, ut hi ad Deum atque ad
 Ecclesiam converterentur; quòdque majori profectò laude dignum,
 tametsi omnes ii quos ad consiliũ adhibuerat niterentur
 contrà, rationibus freti iis quæ è re vel publica Allobrogum,
 si humana spectes, vel privatâ Principis petebantur;
 perstiterit tamẽ in Christiana sententia, nec unquã dimoveri
 potuerit de suscepto consilio, ritus Catholicos restituendi
 his in oris, etiam coram Oratoribus iis, qui missi ex hoc ipso
 solo erant ad ejus infringendam constantiam. Cujus quidem
 tam illustris facinoris testis ipse sum; quando quidem illo
 in conventu fui, in quo eã de re deliberatum est. Videlicet
 nihil ipse sequitur aliud, nisi Dei gloriam primũ, tum, ut ad
 Ecclesiam adjungat denuo populos hosce, quos unã eã de
 causã subdidisse Dominus videtur ejus potestati, ut eos ipse
 in felicem fortunatãque Christi Jesu servitutem redigat.

CAPUT V.

*Tononi aliquantũ adhuc Dux remoratur:
 eo tempore quid gestum sit sequestre
 Francisco.*

POST QUAM cœptum iter Cardinalis Medicæus repetierat,
 constituit Dux, precibus Francisci adductus, Tononi
 aliquandiu adhuc subsistere; quò communicatis cum ipso
 consiliis, conjunctãque operã rem fidei magis magisque
 promoveret.

Eam in rem convocari Tononum iussit primat
 os quosque totius ditionis: ad eos ubi ad venerant
 atque ad Tononenses ipsos cives iis in ædibus
 quibus cogi solebat conciliium, optimus Princeps
 incensissimâ oratione hortatus universos est, ut
 spicerent tandem aliquando verum, falsum reperi-
 diarent: exitu eo, ut cunctorum observantiam in
 ter admirationemque defixi animi hæterent. Illud
 tamen observatum à perspicacioribus est, semper
 Principem propensionem quandam benevolentiam
 tiamque significationem præ se tulisse erga eos, qui
 orthodoxam fidem jam professi, cum Ecclesia
 gratiam redierant, illud affirmantem, se singulorum
 rum memorem egregie futurum, atque ubi se daret
 ret occasio, demonstraturum re ipsâ, quanti ad
 fierent; contra, aliis, nec sine stomacho, exprobravit
 se, inter eos quosdã esse, saxo duriores, obstinatiores
 ores Pharaone, quos avitæ Religionis nec antiquitas
 tas permovere potuisset, nec sanctitas: adeo eos
 delectabantur. Miseros verò vos, dixit, quorum
 causa Jesus Christus crucifixus est! *Quis vos facit
 navit non obedire veritati?* (a) Omnino, nisi resipueritis,
 ris, sentiatis saxo, quid demum sit odiosos vos esse
 Deo & vestro Principi. Proinde in duas partes
 discedite: ad lævam meam consistant, qui contra
 animi mei sententiam contumaces in hæresi
 pergunt; dextram partem occupent vel qui non
 iam sunt, vel qui eo animo hic adstant, ut quantum
 primum ad nos applicent se se.

Hanc orationem ut quisque erat affectus, ita accepit
 hæreticorum plurimi, Deo eorum corda tangerent.

(a) Gal. 3.

re, resipuerunt: perstiterunt alii in cōtumaciā: ex iis
 tamē etiā plurimos de vesania deduxit efficacissi-
 ma oratione Vir Apostolicus, incredibili Ducis
 gaudio: qui ut nihil intentatū relinqueret, appellās
 pervicaces, Vos ergo, rebelles Deo, vos indignati-
 onem nostram vestro ipsorum malo perſentisce-
 tis: abite sanè, abite homuli indigni quos tellus fe-
 rat: ex ditionis nostræ finibus excedite. Et ex iis
 quidem plurimi heterodoxiam abdicarunt: ma-
 luerunt aliquot ex Allobrogum finibus discedere,
 quàm egerare hæresin: religiosus quidem Prin-
 ceptus nihil prætermisit sesqui-mense illo, quem iis
 in locis exegit, quod ad obdurata illa corda fle-
 ctenda valere posse speraret: rapacius autem erat
 nihil, quàm quod ipse re & usu repræsentabat.
 Frequens obibat Sacramenta cum aulicis suis: ho-
 rum plerique capti humanissimâ suavissimâque
 Francisci consuetudine, apud eundem generalem
 noxarum vitæ totius confessionem instituerunt:
 tantâque vulgò erat de ejus sanctimonia opinio,
 ut ii ipsi qui solum vertere jussi erant ob contu-
 maciam, quamlibet pervicaces antè extitissent,
 cum eo tamen supplices egerint, ut illius exilii pœ-
 nam sibi à Principe deprecaretur. Nec eos fefellit
 de famuli Dei bonitate opinio: ut viscera miseri-
 cordiæ ipsi inerant, haud gravatè gratiam illam,
 quâ apud Ducem valebat, pro peccatoribus affli-
 ctisq; interposuit, eâ spe ductus, fore ut resipisce-
 rent demùm. Et utrumque assecutus est sanè feli-
 citer: nam ii maximam partem cervices Ecclesiæ
 & Principi submisere haud gravatè: aliis, qui se à
 pertinacia deduci haud passi sunt, prorogatum

138 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
tempus aliquandiu, exeundi Sabaudiaë finibus
dum aut resipiscerent, aut bona distraherent.

Ringebatur interim Satanas, iis oris, in quibus
tyrannidem exercuerat suam, excedendum sibi
intelligens, n̄ quamprimùm sibi consuleret: pro
inde ne sibi deesset, Gebennenses emissarios suos
incitavit ad tentanda omnia: ii è suo cœtu de-
gunt, qui à Principe flagitarent, ne se ad Catho-
cos ritus adigeret, sed permetteret sibi, in rebus
quæ ad Religionem attinerent, tenere porro in-
stitutum suum. Is rem utrinque suis ponderibus
examinandam ratus, exquirendam eorum senten-
tiam censuit, quos ad cōsiliū adhibebat: & cum
cti civilem tranquillitatem potiùs, quàm Dei glo-
riam animarūve utilitatem secuti, eò incubuerunt
ut Ministros aliquot relinquendos iis locis con-
suerint. At non eam indignitatem tulit, Vi-
dei: Apostolica quadã constantia Ducem com-
pellans, nec vides, inquit, Princeps optime, ni-
hil fieri posse exitiosius, quàm Calvinisticos
Ministros hîc relinqui? Nimirum, si faxis, & di-
tionem tuam amittes, & cœlum, cujus palmam
unus toti terrarum universitati præstat. Nulla
est conventio Christi ad Belial. (b) nec pluribus opor-
fuit religioso Principi: ex templo commotior, facta
ctaque iracundia effervescens, digna utique cella
illo animo, Excedant, inquit, jubeo Ministros
quotquot in ditione mea sunt: ratum id est
neque ullus deinceps vel verbulum mihi,
contrarium.

Rem tanti momenti affectus Franciscus, po-

(b) 2 Cor. 6.

git ad alia, Principemq; rogar, reminisci ne gravaretur eorum, quæ ad rem fidei stabilendam opportuna esse, ipse idem paulò antè ostendisset. Nec cunctatus Dux, sanxit edictò publicò, (c) Ne quid deinceps intra Tononensis oppidi pœmœrium fieret aut exerceretur, quod Religionem Reformatam, quam vocitarent, oleret: ut in peccata publica animadverteretur, coërcendo illorum affines pœnis eodem edictò constitutis; ne hæretici ad ullum publicum munus dignitatẽve admitterentur, nève ullã particulã fruerentur Ecclesiasticorum proventuum ex Beneficiis. Quæ ne irrita essent, delectus Quæstor, qui debitã cum auctoritate causas eas disceptaret, nominatimque compelleret eos, qui aut Beneficia sibi vendicarent, aut eorum redditus sibi adsciscerent, ab utroque prorsus abstinere, cunctaque deinceps aut apud Principem, aut apud Episcopum, aut designatos alios abdicare. Constitutum item, ut in Abbatiam Abundantiæ introduceretur reformatio, quam dicimus, utque ex ejus redditibus pars quædam pensionis nomine decerperetur adjuncta Beneficiorum aliorum fructibus, quò præsto semper essent annuæ pecuniæ ad facta recta Templorum, ad alendos Parochos atque Ecclesiastas, aliãque id genus, ad illius Ecclesiæ renascentis conservationem & amplificationem. Id ut exactius fieret, Catalogum contexit Beneficiorum totius tractûs illius, Parœciarum sexaginta aut etiam plurium: quam in curam sic incubuit, ut nulli labori parcens, iis quæ vix à quoquam per-

fici

(c) 5. Octob. 1598.

240 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
fici posse putares, adstans digitus Dei illius operâ
secundissimos dederit eventus. Dicitur numerus
hæreticorum qui ad Ecclesiæ gremium per ea
tempora redierunt, fuisse tricesies mille, & quod
excurrit: ita retulere tum alii fide dignissimi, tum
potissimum Illustrissimus Episcopus Bellaius: qui
addit præterea, de Francisco Salesio loquens, hu-
meros ipsum habuisse toti Orbi terrarum ferendo
pares: ipsum inde ab æternitate lectum à Deo fu-
isse pro Apostolo, parente, protectore populo-
rum illorum. His porro expletis, ad tempus inde
recedens, perrexit Anecium, ad transigenda nego-
tia quædam: utque Tononi substiterat ad rem
Ecclesiæ, ita Anecium excurrit ad majus Dei ob-
sequium. Nimirum illum agebat, seu eundem se-
redeundum esset, amor Dei; siquidem nihil nisi
scelum aut spirabat, aut sequebatur: ita fieri non
poterat ut antè quiesceret, quàm in beata illa re-
gia summo illo bono frueretur, quod jam tum vi-
res omnes facultatésque mentis ejus occupabat.

CAPUT VI.

*Coadjutoris Episcopi Gebennensis dignitatem
defugit, donec aliud ipsi à Deo significa-
tum est: & gravi morbo consti-
tatur.*

ANECIUM cùm pervenisset Vir Apostolicus, de
infinite laboribus, de Ministrorum Calvinis-
ticorum rabie, deque Tartareis furoribus trium-
phans, Coadjutoris dignitatem non modò de-
fuit Illustrissimus Episcopus, sed etiam hortatus
vehe

vehementer, ne oblatam dignitatem repudiet. Cùm refugeret Franciscus (quæ erat ejus animi demissio) profitereturque nihil se in se agnoscere quod incitare optimum Præsulem potuisset, ad eum honorem sibi deferendum; Principis auctoritatem implorandam sibi putavit Antistes: sed non magnoperè laborandum hîc fuit; jam Dux, quid Episcopus animo voveret nescius, ultro Franciscum ad id ipsum designaverat. Et poterat quidem id à Deo profectum existimare, in quod religiosissimi Principis & vigilantissimi Episcopi voluntatum conspiratio consenserat: sed ea nimium humilitatis indoles est, latebras semper quæritat; nec adduci unquam potest, ut se evehi persuadeat ad illos apices, nisi luce meridianâ clarius perspiciat vocari se à Deo tanquam Aaron. Eâ mente Vir Apostolicus, amantissimus demissionis, ab honoribus alienissimus, optimum Episcopum sic affatur:

Non satis assequi conjecturâ queo, Præsul Illu-
 lustrissime, unde illa animi tui inductio profe-
 cta sit, ut me successorē ipse tibi designares, quã-
 do nullas in me agnosco nec dotes naturales,
 nec virtutes, ad tantum onus pro rei merito sus-
 tinendum. Auctus sum à Domino Deo, & à te,
 majoribus beneficiis, quàm unquam optavi:
 semperque præclare mecum agi putabo, si quo
 loco sum, in eo consenescere liceat. Nec verò
 laborem refugio: ac si ita statues, tempus curã-
 que meas impendam lubenter Parœciarum ali-
 quot procurationi: ad Episcopatum quod atti-
 ner, ignoscas mihi, quæso, si non assensero: ne-
 que

que enim vel aciem oculorum audeo ad hunc
 thronum intendere, quo quidem longè dignior
 res sunt alii, quàm peccator hic quem vides.

Hæc pauca prolocutum Franciscum, profectus
 est, ut affolet, veneratio major: comprobatur
 tunc in seruo Dei, quod S. Joannes Chrysostomus
 tradidit: (a) *Gloriam despice, & omnibus eris gloriosus*.
 Renitentem urget magis magisque optimus Ar-
 tistes, monetque vehementer, ne resistat diuitiis.
 Adhibet etiam amicissimum quemque qui in se
 exorètque à Francisco, sinat transigi per eos quo-
 rum erat, de re cunctis optatissimâ & publicis vo-
 tis summoperè expetitâ. Ac profectò fregisse
 alium quemlibet tam certa, tamque firma aucto-
 ritas; at nō Franciscum: rupe immobilior, cum in-
 timorum suorum aliquo sermocinans, Qui nō
 runt, inquit, quæ notio sit Episcopalis nominis
 ad eam vocem contremiscunt: etenim eo vo-
 cabulo designatur Ecclesiasticarum dignitatum
 non ima, sed difficillima gravissimâque. Is qui
 non obscure prædicabat in domo sua panem
 non esse, dum ad Principatum suscipiendum
 urgebatur, eos omnes qui fastigia dignitatum
 istius generis sequuntur, admonebat sapienter
 viderent porrò, num satis parati ad id essent
 satisque haberent animi & virium ad tot tam-
 que graves labores ferendos; cerebrumque ei
 usque constans, ut non ad aspectum tot præci-
 pitiorum vacillarent & titubarent.

Cùm tamen ita comparatus esset animo, per-
 staretque in repudiando eo quod ingerebatur, Sa-

(a) *Hom. 4. ad populum.*

etdos quidam, pius imprimis, felicior aliis ad
 expugnandum Franciscum fuit. Is cum Antistitis
 nomine considerare juberet, electionem illam ca-
 nonicam esse, neque aliâ eligendi formulâ usos
 priscos fuisse in Ecclesia, ita ut quotquot Episco-
 patum capefferint, capefferint eo modo; nihil-
 que aliud esse Prælatorum resistere voluntari,
 quàm resistere Deo ipsi, cujus tamen è nutu, nutus
 omnes suos aptos veller Franciscus esse; permo-
 tus denique est, ab eodémque Sacerdote petiit,
 ambo irent eâ ipsâ de causâ sacrificarum: secun-
 dum sacra, visurum se quid responderet. Cum
 perrexissent. visus eo die Franciscus, dum Sacrifi-
 cium peragit, tanquam extra se raptus, vultu flam-
 manti, radiantique; ac planè in Deo, & in Deo oc-
 cupatus, Et aliquid præter solitum evenisse, ex-
 templò declaravit: cum ex eo quæsiisset Sacerdos
 idem, quidnam tandem statuisset? Tu verò, in-
 quit, Illustrissimo Præsuli meo nomine renun-
 cia, tamen si nunquam me pupugit Episcopatus
 ambitio, me tamen, si jusserit, haud recusaturum
 quò minùs paream, qui eum audiens, Deum au-
 diam; ac sperare me, fore ut illius ipsius benefi-
 centiâ, à quo eò agor, doner dotibus talentisq;
 illis, quæ ad tam arduum ministerium aptè ob-
 eundum sint necessaria.

Ubi id emanavit, exultare animis cuncti conti-
 nuò, pius autem Præsul vel maximè: itaque gau-
 dio gestiens; Et si, inquit, nihil unquam me memi-
 ni bene fecisse in vita, tamen hac in re non nihil me
 perfecisse existimo ad Domini Dei gloriam, ad u-
 tilitatem istius diœcesis, ad bonum publicum. Et
 con-

144 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
consentaneè isti iudicio, constituit, Salesium Ro-
mam quamprimum mittere, tum ad benedictio-
nem Apostolicam suscipiendam, tum ad Bullam
quam vocant, afferendam ab summo Pastore,
aspectabili Capite Ecclesiæ. Sed Dominus Deus
ad iter illud quod attinet tam promptum, aliud
suam ipsius gloriam & illius de quo agebatur per-
fectum in spiritu, constituerat. Incidit Franciscus
in morbum tam gravem, ut intra paucos dies de-
Medici desperârint: quo casu consternati animi
sunt tum Antistes ipse, tum amici & familiares
omnes ægotantis. Ipse non modò æger corporis
sed etiam sinente Deo, mente graviter confictus
horreere cœpit ad divinorum iudiciorum cogi-
tationem, & ingenti metu percelli, accedente per-
fertim aliâ quadam petitione inimici, quæ in vo-
cas prorumpere coëgit ægrum: (b) *Dimitte me-
plangam paululum dolorem meum; antequam vadam
terram tenebrosam, & opertam mortis caligine. Laboravi
in amaritudine anime mee: dicam Deo; Noli me con-
mune.* (c) *Domine, quâdo veneris iudicare terram
ubi me abscondam à vultu iræ tuæ? Ne in furore
corripas me. Salvam fac animam meam: quoniam
est in morte qui memor sit tui. Laboravi in gemitu
lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis
tuum meum rigabo.* (d) Tum respirans aliquantulum
addebat: *Universe via Domini, misericordia & veritas.* (e) *Quare tristis es, anima mea? & quare conturbata
sine? Spera in Deo; quoniam adhuc confitebor illi, salus
vultus mei, & Deus meus.* (f) Tenuerunt eam angustie

(b) Iob. 10. (c) ibidem. (d) Psalm. 6. (e) Psalm. 42.
(f) Psalm. 42.

sanis diu, donec se colligens, fidensque Domino,
 Tam ego inquit, egebo aliàs divinã misericordiã,
 quàm nunc: ipse verò tam me nunc miserabitur,
 quàm aliàs. Atque hîc demum tentator refugit,
 ad illam æquabilitatem animi in Francisco, seu ex-
 eundum è vita esset, seu vivendum diutiùs: ita de-
 prehensum, à Domino idcirco datum illud *forte*
certamen (g) fideli famulo ut vinceret; summo A-
 gonothetã, ut semper aliàs, athletã suo opem fe-
 rente in tempore opportuno.

Quo ipso tempore quàm conjunctus cum Deo
 animi & voluntatis consensione esset, videre cuiq;
 licuit: nam cùm Medicorum unus sorbitionis ali-
 quid appararet, isque sciscitanti ægro, quid faceret?
 respondisset in hæc verba; *Quod ego facio, tu nescis*
modo, scies autem postea: dictum Francisco, tam vi-
 ribus corporis prostratis, quàm mente sanã impro-
 bans, Non est, inquit, temerandum verbum
 Dei: neque sententiis vocibusque sacrorum li-
 brorum abutendum ad ridicula: proinde cave
 talia in posterum ulurpes. Accedentibus au-
 tem Canonicis Ecclesiã, cui jam Præpositus
 præerat, quò ultimum vale propè animam
 agenti facerent; Ego itidem, inquit, ad pe-
 des Domini Salvatoris provolutus, salvare
 unumquemque vestrũ jubeo: à vobis precor,
 ipsius mihi misericordiam impetretis; ego vi-
 cissim, si, ut spero, vestris potissimum acceden-
 tibus precibus, ad beatã illam æternitatem ad-
 mittat, vobis ab illo comprecabor cumulum
 gratiarum. Atque hîc cùm deliquium passus

K grave,

(g) Sapient. 10.

146 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
grave, haud dubitanter moriturus putaretur, con-
tra omnium opinionem revaluit, seu prae-
potentis efficacitate, seu Patris misericordiam
singulari beneficio; qui dum unum confanabat,
latur omnes, atque adeò ipsi Granerio, quem ad-
prati Coadjutoris morbus afflixerat, pristinam
letitudinem restituit. Clerus populûsque gra-
tulatim pro tanto Dei munere reddere, relin-
to sibi eo, in quo tantas spēs constitutas habebat,
quòque gaudium suum propriè Canonici re-
rentur, symphonicos Templi pueros ad eum
duxere, lætis modulis revalescens ex hilarata
at is jubet concini ad numeros, Psalmum David
cum, *Quam dilecta tabernacula tua Domine*
tum! (h) tantâ animi in Deum suaviter tendens
exultatione, ut jam tum frui sibi illâ, quam
quam ex porta salutaverat, felicitate videretur.

(h) Psal. 83.

CAPUT VII.

*Romam proficiscitur: de Theologia eru-
ditissime respondet: eius Missio
Apostolica declaratur.*

Vix recuperata valetudo erat, cum eundem
Romam fuit. Iter ingressus, ambulansque
Deo, (ut Sacer Textus (a) de Enoch eloquitur) e-
jus gloriam sequebatur in consiliis factisque om-
nibus, Satanam de more habuit adversarium. Ni-
rum non potuit spiritus nequam, qui nec Deum
hominem factum intentatum reliquit, continere

(a) Gen. 5.

se, quin integritatem Francisci Angelicam oppugnaret denuo: & verò ut ante Incarnationis mysterium, ait S. Hieronymus, voluisse Deum adorari se ab Angelis, ita ex quo Verbum caro factum est, voluit se coli ab Angelis humano in corpore spectabilibus, à virginibus videlicet: atque idcirco impuissimus virtutis & honestatis hostis virgines odio insectatur implacabili: proinde nullam occasionem insidias ipsis struendi prætermittit. Videlicet, si aliquid de meo addere licet ad sensa Doctoris ejusdem, piè dici posse videtur, ut ante Incarnationis mysterium ex Angelis reperti nonnulli, qui observantiæ honorique, à se Deo Procreatori debito, defuerint; ita ex quo per summi in homines amoris testificationem, Verbum caro factum est, in id tetrum dæmonem pertinaciùs incumbere, ut Angelos holce, quos oculis cernimus, depraveret, quasi odium illud suum Dei, declaraturus atrociùs, castas illas mentes ad prolapsionem urgendo. Sic enim secum statuit veterator, si semel impuritatis vel scintillam immittere in castum pectus potuerit, quâ viâ ferè periculosissimè mortalium innocentissimos quotque oppugnat; ubi ea adhæserit, virtutes ceteras mentis ejusdem nullo penè negotio se se profligaturum. Quare petulantem feminam eo consilio instigavit in castissimum Joseph, nec opinantem. Eo in itinere dum solus in diversorii cujusdam publici cubiculo versatur siccandis vestibus, madidis ex recenti casu equi, unde sessor excussus in cœnum fuerat; ecce tibi adest ex improvise obscœna mulier, & nihil non agit unde impulsus ad flagitium, spoliet singulari

148 VITÆ B. FRANCISCI SALRSII
gulari illo integritatis munere, cœlesti hlio, ere
nitore fuliginem obductura. At Franciscus, qu
inde à prima iuventa & peracti iudicio, & in
ad officii partes omnes implendas, animi firmi
dine donaverat Deus, castigatâ verbis aspen
bus libidinosa mulieris procacitate, simul de
mina, simul de eo à quo immissa fuerat, Au
dæo illustrem victoriam reportat. Nec contem
sanctâ illâ in merentem mulierculam severo
etiam famulum eum è suis, qui præstò esse con
verat, objurgavit vehementer, quòd se tali loco
stituisset, reliquissetque solum; jubetque nunquam
deinceps tali tempore subduceret se se in posse

Ubi iter eâ ubique sanctimonie significanti
emensus erat, Romæ singulari Summi Pontificis
cis(b) gratulatione exceptus est: jam enim ipse
posuerat Cardinalis Medicæus, quàm multos Fran
ciscus in viam reduxisset incredibili labore, pi
entia, zelo, in fide orthodoxa eruditos: quæ ite
coram (eum enim acciri Summus Pontifex p
ceperat) laudationem sat prolixam hac perora
ne terminavit: Adstantem hîc habes, Beati
Pater, Apostolum Anuatium, & sanctæ fidei
in oris renascentis columen. At Franciscus, in
miliun corde mos est, qui unum sibi laborem
mentes, laudes eidem debitas transferunt in al
excusata suâ tenuitate, eorum quæ tam felic
gesta essent, gloriam derivavit in Illustrissim
Episcopum Gebennentem primùm, deinde in
qui operam suam secum in uberi sanè messe co
gendâ conjunxissent: tum excurrit in ea, qua

(b) is fuit Clemens VIII.

rem orthodoxam in eisdem in locis restituendam necessaria sibi viderentur, posito ob oculos statu Diocesis Gebennensis. Et Pontifex vicissim, supra quam dici potest, lætus successu, spondet prolixè cuncta, quæ ad felicem in posterum administrationem illam, progressumque rei Ecclesiasticæ pertinerent, quantum quidem in se esset; ceterum delectatum se magnoperè literis Episcopi Gebennensis ejusdem, quibus eum sibi successorem deprecabat: nihil sibi accidere posse jucundius, quam si res quamprimum conficeretur: proinde pararet se ad examen: post triduum illud institutum iri. Verùm, ad examen quoddam attineret, intercessit Orator Ducis Sabaudia, precatúsque est à Pontifice ne faceret: adversari enim id tum Gallicanae Ecclesiae privilegiis, tum juribus Sabaudia, Cui Pontifex sic satisfecit, ut diceret, nihil quidem eam re præjudicatum iri neque adversus Gallicanae Ecclesiae privilegia, neque adversus jura Sabaudia: cupere se examen illud institui, tum quò sibi ipse satisfaceret, tum quò eniteret Salsitii existimatio: cujus eruditio singularis postquam cognita exploratàque cunctis eo in examine fuisset, secururam utique celebritatem nominis longè clarissimam, tum apud alios, tum maxime apud Collegium Cardinalium. Cùm acquiescisset Orator, ad arduum opus comparavit se se per diligentem ille quidem, at modo haud vulgari: præsidis videlicet sacrosancti sacrificii, jejuniorum, orationis. Eum ad modum instructus, dictà examini die, dum ad destinatum locum adit, in obviam eadem sacram ingressus ex itinere, lacrymis

„ perfusus intimè que compunctus; Domine De
 „ us meus, inquit, si non à te vocor ad Episcop
 „ tam, neque idoneus sum ad procurandas a
 „ mas quæ tam tibi curæ sunt, noli sinere me
 „ tistacere examinadoribus: permittite potiùs op
 „ riat confusio faciem meam coram Vicario tu
 Sic nimirum egregia Francisci fidelitas nihil no
 adhibet cautionis; ut non Arcam ptofanâ ma
 atingat: quando sæculares quidem dignitates cu
 contemptione respicit, Ecclesiasticas autem cu
 singulari reverentia: sic ut nihil sibi in iis prop
 neret, nisi divinam gloriam, rejectis prorsus om
 bus quæ ad privata compendia pertinerent.

Sic animo comparatus, introductus est in Pon
 tificium conclave, sedente jam Pontifice int
 Cardinales octo, quorum è numero, Carol
 Borromæus, Robertus Bellarminus, Cæsar Bar
 niuserant. Aderant Archiepiscopi, Episcopi, Ge
 nerales Ordinum Religiosorum, ad viginti præ
 illustres Doctores complures. Eo in, concessi
 sanè augustissimo, Candidatus noster haud mu
 tum perculsus, (quippe qui jamdiu versari int
 cœlites mente & cogitatione assuevisset,) firm
 semper, præsentique animo satisfecit quæstion
 bus quinque & triginta, ex universa Theologi
 disciplina petitis: primam proposuit Summus
 Pontifex, de causa formali Beatitudinis: de ea, pe
 inde atquè de omnibus aliis, quæ ventilatæ de
 ceptis, sic disputavit Salesius, ut responsionum sol
 ditatem, perspicuitatem, subtilitatem mirati sum
 tum alii universim, tum Summus ipse Pontifex
 non contentus primâ illâ quæstione, ut initium es
 amia

amini fecerat, ita eidem statuit finem imponere,
 querens ex Francisco, Possentne Episcopi ab hæ-
 resi absolvi? Cùm respondisset Candidatus, ex
 Tridentino Concilio, (c) posse; subiecissetque
 Pontifex, nō eam mentem suam esse, antiquatum
 enim articulum illum fuisse recens: Quando- “
 quidem, inquit observantissimus filius Ecclesiæ, “
 non est ea mens Vestræ Sanctitatis, à mea disce- “
 do profus, Pontificiæ acquiesco. Et ad eam “
 contestationem absoluto examine, obversus Pon-
 tificex adstantes, *Omnino nullus unquam*, inquit, *ex*
is quorum examini aut interfuimus, aut presuimus, nobis
aque satisfacit: descendensq; statim de solio, rectà ad
 Franciscum accurrit: complexusq; paternè & per-
 amàter provolutū adhuc in genua, *Bibe, inquit, aquã*
de cisterna tua, & fluenta putei tui: deriventur fontes tui
foras, & in plateis aquas tuas divide. (d) Ex quo liquet,
 non missum illum tantum ad unam diœcesim fuis-
 se, qualis missio videtur esse Episcoporum aliorū;
 sed ad omnes omnino populos, qualis sanctorum
 Apostolorum exitit destinatio: quandoquidem
 à Summo Pontifice missus est in nomine Domini
 ad eruditionem suam impertiendam omnibus, &
 ad aquas illas gratiæ salutares, quibus scatebat, di-
 videndas in plateis; quò quisque ipsis sitim suam
 abundè æquè & facilè restingueret. Sanè Vicarii
 sui missionem ratam esse voluisse videtur Domi-
 nus Deus, per servum suum sopitam pietatem ex-
 tremis hisce temporibus exsuscitans. Et verò, quasi
 typo publico quodam impressa ejus doctrina sit,
 ita illam sibi applicant legitimi quique Ecclesiæ

K 4

Gii:

(c) Sess. 24. (d) Prov. 5.

fili: & unus Franciscus plus ad ejusdem sanctæ Ecclesiæ utilitates contulisse videtur, quàm complures alii simul; rem Religionis collapsam, multis locis restituit, reformavit Clerum, vera sinceræque dogmata stabilivit, sensum pietatis ingeneravit passim cuicumque hominum conditioni & generi uno verbo, *in medio Ecclesia aperuit os tuum; quomam adimplevit eum Dominus spiritu sapientie & intellectu.* (e)

Ergo cùm augustissimi illius confessus suffragio & approbatione declaratus esset Coadjutor Germanicæ Ecclesiæ, auctusq; titulo Episcopi Napolitani, tantum nomē implere factis, induxit animum. Legislator autē dans benedictionem, illum victorem constituit urbium, populorum, Provinciarum, Regnorum. Et Romæ quidem versantes adhuc, infinitis encomiis ornaverunt tum S. R. E. Cardinales, tum quotquot alii tunc in Romanæ Curia florebant: tanta erat jam tum de illius factis opinio, Cardinalis quidē Baroni⁹ aiebat *eum in Adamo non peccasse*: Cardinalis autem Burghesius, post Paulus V, *sanctum Episcopum* eundē vocare consueverat. At is in illo tanto applausu tum Summi Pontificis, tum sacri Collegii, aliquantulum post cum familiarium quodam colloquens, „ Quàm beatum reputo, aiebat, eum, qui abnegare semetipsum queat ad eum modum, quomagnus Carolus Borromæus! Omnino neque „ magnus neque fortis est, nisi is qui veram gloriamque „ mananque gloriā quærit in Cruce Domini „ nostri Jesu, cetera cuncta despiciens, & promerito „ hilo habens. Non est honor qui deseritur in

(e) Ecclesiastæ 15.

terris, ex febrium continuarum genere: habet
 et ipse intervalla sua: utque à mortalibus profi-
 ciscitur, ita immortalis esse nequit; inanisque
 ille applausus, qui intimos sensus animorum no-
 strorum tam blandè titillat, ex eo genere tabu-
 larum est quæ nõ oleo, sed coloribus aquâ purâ
 purâ dilutis pinguntur, quas proinde imber eli-
 dit vel tenuis. Et Pindarum illum quidem ajunt,
 cum Poëtices gloriâ aliquandiu florisset sic,
 ut nullus cum eo comparandus videretur, col-
 lectâ illâ gloriâ aliquando excidisse, ob versum
 unum haud optimum. Quâ igitur ex re qua-
 rendâ gloria? Omnino fidei, spei, caritatis offi-
 ciis assiduè usurpandis: etenim virtutes eæ or-
 namento hîc nobis sunt; caritas etiam in cælo
 aderit comes sempiterna; alia omnia *vanitas*, &
afflictio spiritus. (f)

Ut ad historiæ seriem revertamur, postquam
 impetrârat novus Episcopus ab Summo Pontifi-
 ce, ea quæ tum ad Beneficiorum Ecclesiasticorum
 vel restitutionem, vel salutarem administrationem
 pertinebant, itémque ad rem fidei apud Antuates
 stabilendam; post acceptam Pontificiam bene-
 dictionem ex Urbe discessit, ne verbulo quidem
 facto de Bulla, quâ Coadjutor Gebennensis Epi-
 scopi rite declararetur; neque de re ulla prorsus
 alia, quæ ad privatas suas rationes spectaret; cum-
 cta divinæ providentiæ commisit, sic apud se re-
 putans non aptius res istius generis geri posse. Ne-
 que ipsum fefellit opinio: Chissæus vir illustris,
 cui curam eam Gebennensis Episcopus deman-
 dave-

K 5

dave-

(f) Ecclesiastæ 1.

354 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
daverat, Bullam eam aliquantò post cuidam
Francisci familiaribus tradidit, Francisco semper
eandem retinente continentiam: cum enim ad
illum suum familiarem sæpe Franciscus de rebus
Antuatium scriberet, ne verbulum quidem fecit de
Bulla; perraro profectò exemplo: quotus enim
quisque tali in re gerere se se ad eum modum so-
let? planè ii tantum, qui privatorum compendio-
rum curâ propè repudiatâ, in consilio Domini
Jesu S. Catharinam Senensem compellantis ac-
quiescunt: *Cogita de me; ego de te cogitavero*; quique
in schola S. Francisci Assisinas, cujus, & nomine
decorabatur, & nitebatur patrocinio, illud Plal-
mographi identidem in ore magis, quàm in corde
habent: (g) *Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse
enutriet*; addere possunt, qui fortunæ tuæ, cunctis
que occupationibus tuis sapientissimè benignissi-
mèque moderabitur.

(g) *Psal. 54.*

CAPUT VIII.

*Sabaudiam repetens, mandata à Duce accipit
capitur, Antuates inter & Anecium: Ca-
tholicorumque animos erigens,
Parecias quinque & tri-
ginta restituit.*

MERITISSIMUS meritissimi Episcopi Coad-
jutor Româ rediens, Taurini egit cum Duce
Sabaudia, de iis quæ apud Summum Pontifi-
cem in Antuatium causâ Christianâ gesserat, et
demque, & Nuntio Apostolico Breve epistolâ
oliat

ostendit, quas ad rem orthodoxam iis in locis amplificantem impetraverat, illud enixissimè à pio Principe flagitans, ut cuncta à Camberiensis Senatu rata haberentur, confirmarique præciperet. Nec verò difficilem Deseux præbuit ad tam æquam postulationem: verùm, adversarii non defuerunt aliunde, Equites videlicet S. Mauritii & S. Lazari, quibus dolebat deserere proventus Ecclesiasticos, quos annos jam aliquot in rem suam transtulerant maximam partem, ex concessione Gregorii XIII; quandiu videlicet interquiescere sacra iisdem in locis Calvinistarum furor coegerat. At nihilò secius Salesius urgere; cui nihil aliud nisi divina gloria proposita esset, regni que Christi Jesu amplificatio, donec apud Ducem effecit, ut quæ sanctè constituta essent, eadem porrò perficerentur re ipsa, ad utrumque traducerentur, quicquid tandem opponerent obtenderentque adversarii.

Ut verò aptius cuncta procederent, Synodum indici primùm, mox cogi curavit, (quæ imitatoris S. Pauli sollicitudo erat omnium Ecclesiarum) quanquam ne id quidem sine turbis; quò id quoque responderet superioribus Francisci factis atque consiliis. Verùm qui *zelus tabescere illum faciebat, quia eloquia Dei ejus inimici non custodiebant,* (a) victor evasit tandem, conatibusque vel per versorum hominum, vel dæmonum superior, ab Illustrissimo Episcopo impetravit, non modò ut congregaretur Synodus, sed etiam ut congregatæ præesset ipse; quò quæ ad disciplinam spectabant, observarentur exactius, quæque ad Ecclesiæ decus perti-

(a) Psal. 118.

156 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
pertinerent, longius latiusque stabilerentur. Sed
nondum pacata omnia: post tot certamina, di-
gnissima utique forti illo excelsoque animo, in
Domini Dei negotia per adversa promoventur,
cum eodem ipso tempore, inter Regem Christia-
nissimum, & Ducem Sabaudiaë bellum exarsisset,
rati Gebennenses oblatâ occasione utendum sibi
esse, Henrico IV copiarum militarium offerunt
numerum eum, qui tres vicinas ditiones occupa-
ret primum, mox contineret occupatas; eo videli-
cet consilio, ut depressâ iterum fide orthodoxâ, er-
rores suos reponerent, & quasi mortuos suscita-
rent. Et cedendum tempori fuit aliquandiu: A-
necium unâ cum Coadjutore, se recipit Episcopus:
sed ut nunquam est caritas in rebus Dei anima-
rumque otiosa, comperto Henricum adventare,
ad eum adit Franciscus, capitibus aliquot rerum
ipsi proponendarum jam per otium maturè dige-
stis, quæ cuncta videlicet ad Catholicæ Religionis
apud Antuates conservacionem spectabant. Oppor-
tunè utique: cum enim perhumanè ab optimo
Rege esset exceptus, apud eum effecit ut pollice-
retur, nihil prorsus in re Religionis iis locis nova-
tum iri: sed paulò post quàm abierat, Regiâ poli-
licitatione lætus, ecce tibi nuncii tristes perferun-
tur, Præfectum locis iisdem à Rege constitutum,
Gebennensium instinctu, ut in hostico, Regio fi-
sco addicere proventus Ecclesiasticos illos, quippe
quos ad Ducem pertinere egregii illi mendacio-
rum confarcinatores asseverabant. At non ani-
mum despondet famulus Dei: ad Regem Christia-
nissimum pergit denuo, nullo humano præsidio
quoquam,

quoquam, illud omnium instar fore reputans, (b) *Qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur.* Verum, ut idem Deus cœli fiduciam famuli sui exerceret, venire eum sinit in Gallorum manus per vicina loca cuncta excurrentium: ab iis tanquam in justo bello captus, ad Vitriacum deducitur Prætoriarum cohortium Tribunum. Is ut tam illustrem eundem, tamque modestum captivum vidit, non modò nihil severè aut dixit, aut fecit, sed etiam captus brevè, tanti viri consuetudine, obsequii genus omne detulit: cognitioque quæ gratiâ venisset, recepit cuncta observatum iri, quæ jussisset Rex Christianissimus: atque ut verbis facta responderent, dedit literas ad Monglantium, (Præfecti nomen erat) quibus monebat, ne quid interverteret eorum, quæ à cõmuni Domino constituta essent: se quidem id avere in gratiam illius, qui has literas redditurus esset. Valuit commendatio apud Monglantium, Calvinistam licet: ab eo perhumaniter exceptus Franciscus, liberam facultatem tulit proventus illos Ecclesiasticos assignandi Parochis, ut jam constitutum erat; nihil quidquam hîc deinceps neque à se, neque à suis turbatum iri, pollicito. Addidit prætereà idem, in fidem suam recipere se Parochos totius illius ditionis: provisurum item, ne quis ex Calvinianis Ministris verba publicè faceret ad Catholicos. Opus profectò dexterâ Excelsi dignum, qui ex ore adversariorum laudem perficiat, (c) quoties lubet, quique hostium consilia vertat in famulorum suorum victorias.

Ergo

(b) Psal 90. (c) Psal 8.

Ergo redux Franciscus ad suos, quos in visceribus gestabat, nihil habuit antiquius, quam ut se lustraret vicos, pagos, oppidâque singula; Parochos, Sacerdotesque reliquos, quos formidolâ spererat, ad suam quemque Ecclesiam revocavit, & tempestivâ consolatione roborans, discussâque videlicet procellâ, quæ in discrimen fortunâ eorum, atque ad eam vitam ipsam vocaverat. Ita caritate incensus idem, & rupe firmior, nihil de suscepto consilio dimotus, per tam formidolosos tantum multos Parochias quinque & triginta ordinavit, Parochos, Vicariosve totidem, doctrinâ & virtutibus præstantes, constituit, ac singulis pendi curavit annos singulos, unde & alerentur ipsi, & Ecclesiarum facta recta curarentur, unâ cum rebus aliis divinum cultum necessariis. Definiit item, quod Missæ quotidie dicendæ essent, quo ritu peragendum divinum Officium, non modò solennioribus lucibus, sed etiam in publica necessitate qualibet inque funeribus; uno verbo, ubi ubi variandæ caerimonix essent: illud imprimis inculcavit, quod non degerent soli, sed tres quatuorve conjunctim dixisse quippe dominum, ubi duo vel tres congregati nomine suo essent, ibi se futurum in medio eorum.

(d) Matth. 18.

C A P U T IX.

Salesii pater emoritur: prædicat ipse fructu ingenti: Parochos aliquot suis quemque locis restituit.

Sic ferè evenit, ut quæ in tanta rerum humanarum

rum vicissitudine in terris obtingunt justis hominibus, ab iis sic accipiantur, ut cuncta ad Dominum Deum glorificandum transferant, & ad suam ipsorum sanctificationem: nec quidquam eorum quæ ad eos spectant, non ad eorum sempiternam salutem conducit: canibus omnino omnibus conspirantibus eò, & in partem venientibus illorum, quæ mirabilis provisio Domini Dei accurat in usu virtutum, quæ ab eis exercentur, atque adeò in contenda ipsis corona gloriæ. Vix Anecium Coadjutor redierat, cum accipit, genitorem optimum gravissimo morbo implicitum avere imprimis carissimi filii conspectu frui. Nec diù delibavit Franciscus; interpretatus id à se velle Dominum Deum, proficiscitur illico: & paulò post quàm advenerat, raro exemplo, quod tamen quæ esset de Francisci sanctimonia opinio, luculenter ostendit, pater apud filium generalem Confessionem instituit noxarum vitæ totius: tum perfusus lacrimis, ex intimo quodam sensu de dolore offensi Dei elicitis, sacrum viaticum ab eodem accepit: atque hinc dolori succedente lætitia, cum sancto Simeone canere potuit senex: *Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace.* (a)

His peractis, ne quod sibi momentum temporis deperiret, quod mercandæ æternitati tributum nobis esse à Deo, apprimè nôrat Salesius, nullâ deinceps morâ factâ apud dilectissimum parentem, regressitur properè Anecium, confusus Medicis, qui Patrem aliquandiu victurum pronunciarant; ad

Pa-

(a) Luc. 2.

160 VITAE B. FRANCISCI SALESII
Pascha usque videlicet, cum tunc instaret Quad-
gesima. Hic sacro eo tempore exsuscitasse vide-
potuit Ecclesiae illius nascentis ardores; adeo
centa orationes erant, quas è sacro suggestu habere
re cepit ad populum. Reconciliabatur gratia am-
icitiaque inter eos, qui suscepta inter se odia for-
rant diutius, quam ferret lex Christianae caritatis
restituere, quae iniusti usurpatores aut raptores
erant, aut quoquo modo iniquè possederant: et
exercendos tunc nuncios dardanarii remittebant
omnes de vitae morumque mutatione serià cogita-
tionem suscipiebant, in id sedulo intenti, ut deinceps
partes omnes implerent Christiani officii. Sa-
enim ut Job vel maximè solidam sinceramque
pietatem exercebat tum, cum ad eum de filiorum
interitu relatum est; sic tum vel maximè Dominum
Dei sui gloriam promovebat Franciscus, cum
significatum ipsi est de patris obitu. Et tam inter-
pestivè quidem id nuncii advēnit, ut suggestu
pius Ecclesiastes conscenderet, quo momento
reddidit tabellarius ferale literas. Nec tamen per-
turbatus animo (quae vis est divinae gratiae, adve-
sus improvisos illos casus, hominum cum Domi-
no Deo conjunctorum mentes confirmantis) res-
ponsum ad populum de Lazaro exsuscitato; quod
quidem argumentum sibi proposuerat, vehemen-
ter ille quidem, & tam consideratè, ut nihil in ora-
tione de casu nunciato agnosceres, & vultu
placido, ut mirata incredibilem in modum con-
fessio fuerit, cum postquam peroraverat, adstantes
compellans, Dum ad vos dicturus, inquit, suggestu
conscendi, renunciatum mihi est de obitu illius, cui ex-
talis

talibus omnibus debeo plurimum, hoc est, parentes mei: proinde duo à vobis flagito, alterum, ut preces ad Deum ipsi propitiandum fundere dignemini; alterum, ut biduum triduumve concedatis mihi, ad justa ipsi persolvenda. Ita nihil remisit de constantiâ, nihil de animi æquitate; semper aptus ex divina providentia: eâ fretus, neque in cœrore nimio dejectus est, neque fluctibus iis jactatus, quibus alii vulgò solent: semper divinis decretis acquievit, atque adeo semper mentis tranquillitatem retinuit. Ceterum, statim atque pio officio satisfecit, recepit se ad Ancienses suos, perrexitque verba facere ad populû, plenus Deo: ceteros quæ afferebat, haurta ex fontibus ipsius perfectionis fuisse: negante concione ullum unquam à se auditum, qui de Christianis virtutibus tam sublimem in modum disputaret.

Ut verò Dominus Deus, ex fidelis famuli voto, occasiones exercendæ caritatis alias ex aliis offerebat; vix Paschales ferias exegerat, successu concionum lætus, auctusque messe sanè copiosâ animarum, cùm ad eum affertur trepidè, Gebenhenses hæreticos per vim nefariam, irrupisse in pagos duos, exactisque Parochis, præcones hæreticos eorum loco substituisse, pestilenti doctrinæ disseminandæ. At Franciscus nullâ mora interpositâ, properat continuò ad Tribunal Legionis Antuaticæ. Is opem laturus bellatori Christi, qui tot jam in præliis perduelles armis spiritualibus fregisset, domuissetque; haud gravatè concessit eam in expeditionem, florem copiarum suarum: agmen Franciscus ipse ductavit, quando Dei causa age-

162 VITÆ B. FRANCISCI SÆLESII
la agebatur, & hostibus Dei strenuè fugatis, pa-
sos Parochos revocavit, confirmavit orthodoxam
aptaque consolatione recreavit; tum, vilitate
nuo pagos Anruatum complures, singularique
dam caritate illorum, quos Jesu Christo pepe-
rat. At non concoquere animo poterat, ab illis
heterodoxis Gebennensibus occupatam Geben-
nensium ditionem fuisse, sic, ut Catholicis sacrarum
ret prorsus. Constabat ea Parœciis quinque &
ginta è Gebennensi diœcesi; sed ex conditione
pacis inita cum Rege Christianissimo, illa pro-
cesserat Dux Sabaudie. Hanc tam luculentam
gam impositam rei Catholicæ cum ferre neque-
vit Divinæ gloriæ appetentissimus, usurpabat
mirum, cum Deo suo colloquens; Davidicum
lud: (b) *Vidi prævaticantes, & tabescebam.* Reputat
secum quid opus factum foret ad medicinam tam
malo faciendam, nihil occurrit potius, quam
Regem Christianissimum adiret, ab eoque imp-
traret restitutionem in integrum his locis; tum
ad liberum exercitium Catholicæ Religionis, tum
ad Ecclesiasticos proventus ab hæreticis laicis
occupatos. Iter sic instituit, ut Matiscone transi-
ro, trajiciendus necessariò Arar fluvius esset: at
is restagnasset, ubi conscendendum navigium
horre quique ad periculi magnitudinem. Se-
contra evênit quàm de Judâ proditore tradidit
S. Ambrosius: ut enim is unus, ex mente tanti Do-
ctoris, causa fuit, cur navis, in quâ discipuli
versabantur, sæviente procellâ, tantum non hauri-
ret fluctibus; quasi tantæ impietatis contagio

(b) *Psal. 118.*

postolorum aliorum innocentiam infecisset, ex quo in unum idemque discrimen venerint omnes, quod navigarent cum perfidioso apostata, cujus crimen ulcisci pelagus ventique velle viderentur: ita, contrarium in modum; Sale si innocentia quasi arcam in exiguo illo cataclysmo ipsi vectoribusque ceteteris paravit. Certè Franciscus ad cœlum manibus oculosque sustulisse dicitur: tum singulari quadam fidentia, *Bono, inquit, animo quisque sit: agrè portum attingemus, at non mergemur tamen.* Adeo verum certumque est, in unius iusti gratiam, servari saepe à Deo complures. Certè nullus in navigio fuit, quàm salutem & incolumitatem suam fidei isti Noëmo acceptam retulerit, prædicantibus omnibus, virtutem illius mari & tempestatibus imperasse: proinde in gratiarum actionem effusi, finem nullum faciebant collaudandi ejus, & singularibus encomiis ornandi: at is, cui nihil tam grave esset, ac laudari, *Non nobis, inquit, Domine, non nobis, sed Nōmini tuō da gloriam.* [c]

[c] Psal. 113.

CAPUT X.

*Lutetia singularem sui opinionem concitat
pietatis caritatisque exercitiis.*

NON ad præsepe tantum Domini Jesu, pastores ductant sancti Angeli; adsunt præterea, dum Dei causâ adeuntur Reges: quæ res cum incidit, sæpenumero ii quibus Provincia ista imponitur, egent magis eorundem sanctorum Angelorum ope, atque præsidio, quàm pastores tunc in adeundo Bethleëmitico tugurio egerunt. Id cum non lateret, servum Dei, haud dubium est, quin

L 1

quod

quod jamdiu facere consueverat, ut quascunque diœceses civitatesque adiret, ad eamundem cultores Angelos confugeret, observantissimus clientis idem Lutetiam adveniens usurpavit longè acceratiù: quippe qui intelligeret fore, ut eo loco egeret potissimum in celestibus hisce præsiidiis. Ubi primum eò pervenit, adit ad Nuncium Apostolicum cum eoque consilia sua communicat: is vicissim benignè cuncta promittit, quæ in se quidem essent. Cùm deinde ad salutandum de morbo Regem esset, (Henricus IV is fuit) ab optimo Principe perhumaniter acceptus, jussus continuo est sperare secunda omnia, postquam quorsum venisset, quidve postularer, exposuisset plenius. Vixit in hac regio: is inter eos qui ab arcanis Principi erant locum primum obinebat.

Sed ad majora alia famulum suum vocabat Deus: intereà dum exitui præstolatur negotiorum piorum, quorum causa venerat, increbescente sensim fama de illius vel eruditione, vel sanctimonia, interpellatur vehemèter de habendis per Quadragesimam concionibus ad Reginam, (abert enim Rex) atq; ad Aulicos in sacello Luparæ, quos vocant utque Saul dum requirit asinas, Scepterum invenit; Joseph autem fratres suos quærens, neque tyrannos cogitabat in quos incidit, neque Regnum quod adeptus est, inquit Sanctus Joannes Chrysostomus; sic cùm Beatus noster ad Aulam Galliarum se se religioso quidem, sed tamen longè dissimulato consilio contulisset, tantam sui opinionem concitavit, ut cuncti ad audiendum Ecclesiasten concurrerent opinione præceptâ præstantiorem. In

lis fuit femina nobilitate illustris, secta hæretica, & obstinacior scilicet: hæc tamen cum eundem aliquoties de sacro suggestu verba facientem audisset, sic mutata animo est, ut cum ad publicam audientiam privata colloquia accessissent, in quibus dubitationis omnis caliginem jam docili absterfit Doctor in illa controversorum dogmatum palæstra versatissimus, ejuravit hæretici unâ cum tota familia. Eam secuti quotquot è gente Raconia erant, sanè illustri Lutetiæ, & præterea alii complures, in quibus ab errore deducendis frustra desudaverat Eminentissimus Cardinalis Perronius, tātus Vir. Is ut festivus quoque erat, Regem compellens, *Tantum non, inquit, Rex Christianiss. me, libros meos combusti omnes, postquam famâ & publico rumore accepi traductam ad fidem orthodoxam familiam Raconiorum, à Gebennensi Episcopo: quam ipsam ad rem tantum laboris susceperam, tantum temporis incassum adhibueram: ex eoque tempore, quoties ad ipsum hæretici deducebantur, conversionis ergò, Agite sanè, aiebat, hos ad servum Dei ducitote.* (ea nomenclatura Franciscum honestare solitus erat) *satis quidem mihi inesse eruditionis novi ad revincendos eos, verùm, sancto illi Viro concessa à Deo gratia convertendarum animarum, adjungendique sibi studii illorum, quibus tantum boni contingit, ut cum ipso privatim colloqui possint.* Existimares in Francisco rediisse postliminò, S. Remigii seculum, de quo tradunt Ecclesiastici Galliæ Annales, umbrâ prætereuntis sancti Antistitis sic percussum Arianum Episcopum, ut illico obmutuerit. (a)

L 3

Et .

(a) Baron. ann. 514.

Et jucundissimum profectò spectaculum erat in horas, inque momenta consuli Franciscum a hæreticis, & vix quemquam discedere quin heterodoxiam poneret, vel de ponenda certè cogitationem susciperet illius efficacitate rationum permotus: fuitque, ut cùm mulier hæretica natalibus eum aliquando verba ad populum facientem audisset, secundùm concionem ad eundem adierit, hæresi abjuranda: quo tempore factus est inde ipse est, se se eâ die consultò ab argumento proposito digressum ad cõtroversum caput quoddam fidei. Quod ipsum cùm observasset femina ex ea corona, orthodoxa pridem, & ex prima nobilitate, exclamans, hanc loco illa quidem, *jam non inquit, Dominus Episcopus Gebënensis*, (eo enim jam nomine appellabatur Lutetia) *sed per os ejus Spiritus sanctus loquitur: intrâ breve tempus id quod dico evenit, aliquis extraordinarius approbabit.* Vaticinata fuisse videri potuit: sic enim assolet Dominus Deus: replet quibusdam ex iis quorũ virtus sublimior, quorum ardor Conditoris sui gloriæ major, quod tandem imperium exercent, dum lubet, in animas. Putaverat quidem Habacuc, se messoribus terrarum suis pulmentum coquere, dum ab Angelis Domini, capillo uno devectus in lacum Babylicum est, (b) cibum Danieli illaturus, qui ibidem præda mox futurus, ut putabatur, leonum, inclusus tenebatur. Certè mirabilem se præbebat idem Dominus in servo suo, tot conversiones per eum efficiens animarum, tantam morum mutationem in melius, usum exercitationemque tam mirabilem

(b) Daniel 14.

lem Christianæ perfectionis, tam sublimes sensus
 pieratis in iis omnibus, qui ad ipsum adirent, cujus-
 cunque vel ætatis vel sexus. Quarum quidem re-
 rum nemo cordatus erat quin originem causam-
 que referret in supremum illum Arbitrum ut re-
 rum ceterarum, sic mentium, quas peculiarem in
 modum afflabat, dans servo suo vocem virtutis
 talis ac tantæ, ut hæreticos & ad dogmata sanæ fi-
 dei reverenter capeffenda impelleret, & ad hone-
 sti illius, quod ea complectuntur, cupiditatem fa-
 cillimè accenderet. Et solitus quidem dicere ipse
 erat, non se doctrinæ fretum præsidii, ad oppu-
 gnandos Calvinistas, reducendosque in viam acce-
 dere, sed unâ vi atque efficacitate veritatis fidei,
 dignitatisque Christianorum axiomatum.

Ceterùm, contemptor eximius bonorum, quæ
 dicuntur, fortunæ, atque adeò ingenii, doctrinæ-
 que laudam; nulla se unquam rerum istius generis
 illecebrâ attentari sinebat, spes omnes suas in Deo
 collocatas habens. Id adeò enituit tum, cum de-
 curso incredibili successu stadio illo Quadragesi-
 malium concionum, Princeps femina illa eadem,
 cujus enixissimis precibus adductus provinciam
 illam susceperat, per œconomum suum ad Eccle-
 siasten pro honorario crumenam mittit nummis
 referatam aureis. Hæc ut primùm oblata est, reji-
 cere Vir Dei, at comiser: & œconomum appellas,
 Tu vero, inquit, ei à quâ missus es renunciato verbis meis,
 plus ab eâ aliisque qui mihi operam dederunt, honoris in me
 profectum, quam si pro meritis: ceterùm, non posse me
 quod mittit accipere, cui propositum jam antea fuisset, ver-
 bum Dei predicare gratis, nullamque prorsus mercedem
 sequi,

sequi nisi eam, quam in caelo reservari mihi ab eo confide-
 Quod quidem non ab eo per ostentationem pro-
 latum fuisse, sed ex intimo quodam sensu abso-
 lissimi officii sequendi in re unaquaq; , satis cõpro-
 bavit studiũ illud tam assiduũ impendendi se se a-
 quidlibet nullo mercedis intuitu: ubicunq; se dabi-
 occasio, præstò erat, laborẽ detre ctans nullũ, unde
 promotum in quoquo modo divinã gloriam spe-
 raret. Hinc tam crebræ conciones Lutetiã, per
 tempus: celebris illa, habita in Æde sacra S. Jo-
 nis in Gravia, festa lucæ assumptæ in cœlum. Vi-
 ginis, cujus summam in librum de Amore De-
 ipse trãstulit. Parœcia nulla fuit, quæ non eum ad-
 scisceret; conventus nullus sacer, quin eum ad-
 beret ad fructum aliquem capiendum ex singulis
 ri illo talento, quo donatus à Deo insigniter erat
 cumque nullus esset à quo non ad prædicandum
 invitaretur, nullus erat, qui non ingenti suo com-
 modo experiretur, quid tandem possit sacra elo-
 quentia in ejus ore, cujus pectus caritate ardeat.
 Dici vix queat, quales fructus, quàmque ubera-
 artulerint sacre conciones Viri Dei, & privata
 quorundam institutio, consilia, monitaque, nunc
 his, nunc illis, seu verbo seu scripto tradita, insigni-
 utique vel compendio, vel solatio illorum, quibus
 tanto Magistro uti contigit.

Ira ejus exultatione crescente in dies, ut id-
 circo natus videri poterat, ut perspicere quis que-
 pisset, quanta tandem sit gratiæ vis & efficacia,
 in eo qui totus ex divinis impulsionibus sic pende-
 at, ut repugnet nunquam; brevì pro oraculo habi-
 tus sui temporis, tanquam arbiter esse cœpit re-
 rum omnium ad Domini Dei decus obsequium.

que pertinentium. Hinc accitus est à Petro Berul-
 lio, eo, qui aliquot pòst annis in sacrum Cardina-
 lium Collegium coopatus est, ad consultationes,
 quæ multæ variaeque habitæ sunt de Monialibus
 Carmelitici Ordinis adsciscendis Lutetiam: &
 Franciscus, præter ea quæ multoties, iis in conven-
 tibus disputavit, etiam curam suscepit de re eâ scri-
 bendi ad Summum Pontificem, apud quem, ut
 vidimus, gratosus jam tum erat. Nec gravatè eâ se
 procuratione gravari passus est, qui quàm fructu-
 osa futura res esset, intelligeret satis: ita nullo alio
 incitamento opus fuit. Sed non nisi difficillimè
 confici negotium potuit: certamina multa ineun-
 da fuerunt, multos gravesque obices perfringere
 oportuit: quæ dum tenuerūt, quotidie conferebat
 se se famulus Dei in ædes Domini Acariæ, cujus
 uxor Maria Aurilloria, (pòst, in eodè Ordine Ma-
 ria ab Incarnatione) jam tum eximia cujusdam
 virtutis opinione florebat. Atque hoc vinculum
 fuit, quod arctissimè ipsi & hunc & illam devinxit.
 Nempe Berullium Franciscus pro Sancto habe-
 bat: nec continere se se Berullius vicissim poterat,
 quin, ut jam attigimus, magnificè de Francisco
 prædicaret. Facitabat idem Maria: quæ ut quo
 loco famulum Dei poneret, declararet illustrius,
 eo Confessario usa est quandiu ferè versatus est
 Lutetiæ, insigni apud eum observantiæ significa-
 tione, nec fiducia minoris. In eum tanquam in
 Angelum de cœlo delapsum intuebatur: quicquid
 præscriberet, tanquam à Deo profectum venera-
 bunda excipiebat: prædicabatque, nihil unquam
 tale se à quoquam excepisse, qualia aperiebat be-

170 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
atus Vir, circa discrimen peccatorum venialium
imperfectiorum quas vocamus, morionibus
que interiorum aliarum. Nec feciùs ipse de Mari
sentiebat & loquebatur, eximiam illius virtutes
suspiciens; scripsit quidem ad non neminem hæc
Novit Dominus pios sensus, quos illa, vas utique à Deo
ctum, & à Spiritu sancto suos in usus consecratum, sub
rit in mentem meam, dum verba vitæ ex eius ore excip
bam, que dictabat Deus. Atque hinc discere quisque
possit, ut multum luminis à Patre luminum fir
guli accipiant, delectari tamen Dominum eun
dem, sancta illa communione gratiæ & virtutum
sic, ut quasi trapeziticum quoddam commercium
constituat inter fideles famulos, tam aptè nexos
ut dum alii moderantur aliis, ex mutua communi
catione eorum quæ quisque in se perferunt, et
istat felix ista consensio, de qua Psalmographus
(c) *Ecce quam bonum & quam jucundum, habitare fra
tres in unum! Sicut unguentum in capite, unde cæli
tellusque suavissime fragrent. Ac sanctum quidem
Paulum idcirco vocaverat Deus extra ordinem
ut vas electionis esset: & tamen antequam ad ter
tium usq; cælum raperetur, in idemque tanquam
ex fonte lucis, hauriret sublimem illam eruditi
nem, ob quam eum pro Doctore gentium agnos
scit Ecclesia, Damascum pergeret oportuit, ad ad
diendum Ananiam, (d) quo modo audire magis
strum discipuli solent. Virginem Deiparam, in qua
Rupertus, docere nihil ausus est Archangelus Ge
briël; quippe jam à sancto Spiritu institutam: et
tamen ex pastoribus discens quodammodo, homo*

(c) Psal. 132. [d] Act. 9.

nibus rudibus & imperitis, *conservabat omnia verba
hec, conferens in corde suo.* (e) JESUS ipse Servator mor-
talem, in Templo, in medio Doctorum, tanquam
magister confidens, sancto tamen Josepho pare-
bat, illiberali opifici, si sensum hominum judici-
umque exquireret: eodemque modo, postquam
Vir beatus famulæ Dei mentem suâ institutione
collustrârat multoties, ab eadem vicissim audiebat
excipiebátque complura, unde cresceret, mutuâ
illâ caritatis consociatione ad utriusque redundan-
te utilitates.

(e) *LUC. 2.*

CAPUT XI.

*Ad Fontem-bellaqueum coram Rege Chri-
stianissimo concionatur: Regis in ipsum
benevolentia, dignitatesque de-
latæ, & à Francisco repu-
diatæ.*

SI tanti sit Christianum animi robur hominum
illorum Apostolico spiritu præditorum, qui ad
Præfectos Provinciarum, ad Principes, ad Judi-
ces, ad eos denique qui supremum locum obtine-
bant, libertimâ oratione usi sunt, intrâ decóri at-
que officii leges dumtaxat: si S. Nicolaum Myren-
sem suspicimus cum Eustachio Asiæ Proconsule
constantissimè disceptantem; S. Athanasium cum
Præfecto Libyæ, Ambrosium cum Theodosio, S.
Basilium cum Modesto Præfide, S. Joannem
Chrysostomum cum Eudoxia Imperatrice; Sy-
nelium cum Præfide item Libyæ, S. Augustinum
cum

172 VITÆ B. FRANCISCI SALESII
cum Bonifacio Africæ Comite, cumque Marcello
no eidem Provinciæ Præfecto ab Imperatoribus
ecquæ tandem laus non debetur Beato Viro,
quo scribimus, qui ad Fontem-bellaqueum locum
est de testimoniis Dei in conspectu Henrici IV, nume-
randi utique inter clarissimos Orbis terrarum
Principes? Ad eum cum adisset de causa Gexi-
si, *glorificavit eum Dominus in conspectu* tanti Regis
dum is incensum Ecclesiasten de cælo, deque atri-
nitate disputantem audit, eo successu, qui præce-
ptam omnem de eo, quamlibet secundam, au-
torum opinionem superavit. Certè tantum pi-
tatis præ se tulit sapiens Orator, tantum eloquentiæ
tantum modestiæ, ut eo audito admirans Hen-
ricus, *Neutiquam me fessellere* dixerit, *ii qui de Gebennæ*
Coadjutore tam magnifice mihi narraverant: Conci-
torem nullum audivi unquam præstantiorem, neque in quo
inesset major dicendi vis: dignus est utique altiore fortuna.
Atque ex eo tempore non destitit Princeps eius
suâ audientia honestare, dum res tulit, singulari
semper approbatione.

Et opportunè aliquantò post accidit, ut Lute-
tiæ Orationem habens in funere Emanuelis Lo-
tharingii, Ducis Mercocerii, ab eisdem conjugibus
Maria Luxemburgia rogatus, mirum in modum
satisfecerit tum lectissimæ coronæ universæ, tum
Regi potissimum, qui ipse quoque interfuit: non
nim tantum laudibus ornavit meritum Oratorum
ut alii passim omnes, sed etiam ipsius in Gallia re-
tinendi cupidus, multos interposuit, qui Franciscum
significarent, quam acceptus Regi esset: consti-
tuit sanè in Gallia: experturum brevè tantum Prin-

pis munificam liberalitatem. Quæ cum parùm Vi-
 rum alia meditantem moverent, pertentare ejus
 animum Rex ipse per se constituit, & Franciscum
 appellans, *Mane, inquit, nobiscum; Domine Gebennen-*
sis: qui primus Archiepiscopatus; vacaverit, eum tibi refer-
vabo; inter à nummi mille & ducenti in annos singulos tibi
ex arario meo pendentur. At is ab omni opum cupi-
 ditate, ab omni honorum ambitione intactus,
 hinc grati animi sensum erga tantum Principem
 præse ferens, illinc, spiritûs libertatem servans e-
 gregiè; Nunquam ego, inquit, Rex Christianissime,
 quidquam à me profectum scio; unde tanti Principis tam
 egregiam in me voluntatem promeruerim: ceterum ad Ge-
 bennensè Episcopatû vocatus sum: illa patria mea est: hanc
 à me vult excoli Dominus Deus meus. Nec ultra pergen-
 dum ratus optimus Princeps, tum quidem conti-
 nuit: post, ubicunque se dabat occasio, de Ge-
 bennensi Coadjutore sic agebat, ut dicitaret, Vi-
 rum illum utique bonum esse, ab omni adulatio-
 nis specie alienissimum, sincerum imprimis. Cun-
 ctâ, addebat, ad honorem Dei refert; per modestus est: nun-
 quam in sermone labitur, aliud pro alio afferens; unum-
 quemque debito honore prosequitur: virtutibus omni-
 no omnibus peditus est, vitio nullo laborat: si in illum di-
 ligentiùs inspexeris, animadvertes in eo inesse dotes Ange-
 licas omnes, nihil autem eorum, quorum causâ imperfecti
 homines appellantur: utque radii illi lucidi omnes qui va-
 rias orbis terrarum partes collustrant, in uno Sole colligun-
 tur; sic existimem quæcunque laudes in justis omnibus aliis
 eluxerunt, eas in uno illo extare. Religiosus est, sine scrupu-
 losam mentis anxietate: quidquid facit aut suscipit, cunctâ
 Dei causâ facit, suscipitque.

Hæc

Hæc pro Viri merito, de illo Henricus, gratæ utique, quæ cuique virtuti merces deberetur et merito. Conforme illud quoque, quod cum ex ipso Rege sciscitatus quidam Aulicorum aliquando esset familiaris, Cur tandem tantam mentis voluntatis erga Allobrogem illum Episcopi propensionem præ se ferret? Quoniam, inquit, Regi nullum novi magis idoneum vel ad primævum nitentis splendorisque restituendum statui Ecclesiastico, vel ad hereses profanasque opinionum novitates, quæ Regni tranquillitatem perturbant, stirpitus extirpandas: est enim eximie pius, humilis, comis, amans proximorum, sublimi præterea eruditione instructus, & dotibus aliis quibuslibet tum ad tuendum decus Ecclesie, tum ad publicas Regni utilitates accurandas.

Sed enim ut in Aula nequit summa virtus sine maligna complurium invidentia consistere, non pepercit sibi calumnia, quin suâ fuligine tantam innocentiam infuscatet, labem aliquam aspersit inlibato illi candori, & tantum nominis existimationisque splendorem notâ quapiam inustura. In simulatur apud Regem, quasi pariceps esset consiliorum Bironii Polémarchi: & quæ fuit impudentia amicorum Francisci cujusdam, per Octavam festi Corporis Christi, quo octiduo versus quotidie ad populum, de more, faciebat in Ecclesia sacra S. Benedicti; quo momento suggestum condescendebat, monet trepidè, consuleret tibi, de latente enim ad Regem fuisse, ipsum in communionem venisse Bironianæ conjurationis. Quid faceret Vir Dei? nihil perturbatus animo, tanquam si planè audisset de accusatione tam gravi, si quidem

aliàs, tunc certè illustrissimum quendam in mo-
 dum demonstravit, verissimum esse quod de ipso
 spargebat Berullius ille, post, ut diximus, Cardina-
 lis, Mentis illius pacem nullo quoquam casu turba-
 ri posse. Certè tantà constantiâ perculsus monitor;
 Quid tu hominis es? inquit; criminis capitalis accusaris
 apud Regem, & immotus permanes? At Franciscus vulcu
 imperterrito. Ego, subiecit, si te ipsâ affinis crimini es-
 sem, quod mihi affingitur, peccati ipsius consentiâ, nec sine
 horrore percelleret; potiusque de adornanda fuga, quàm de
 habenda concione cogitationem suscepsem: nunc, cum sine
 innocens, confido, divina providentiâ cura fore me resque
 meas, ut illius glóriam promovere nitior in omnibus, sic
 spero me ab eo minime desertum iri. Non modo non abscedo,
 sed contra, adeo rectâ ad Regem Christianissimum. Et
 ut dixerat, ita fecit: Rex autem ut eminens eum
 conspexit, Nihil opus est, inquit, Domine Gebennensis;
 apologiâ: neque est unde te purges apud me: nunquam de
 te male sensi. Ad quæ Franciscus, Ego, inquit, Rex Chri-
 stianissime, non is sum, qui in rebus politicis versatum me esse
 putem, aut qui eas omnino velim attingere: verum, si in iis
 versari cuperem, aut ad eas adhiberi, caverè planè ne tyroci-
 nium ponerem in facinore tam perfidioso, tamque indigno
 & benevolentia tua ergà me tanta, & iis quæ ex ea secutæ
 sunt, beneficiis. Atque hæc pauca sic Henrico satiste-
 cerunt, ut Francisci deinceps, quàm antea amicior,
 temperatè sibi nequirit, quin passim in optimam
 partem de eo loqueretur. Episcoporum novi neminem,
 ajebat aliquando, parent Episcopo Gebennensi: etenim
 qui ex aliis generis claritudine antestant, eruditissimi non
 sunt: qui utraque laude excellunt, non usquequaque sunt
 pii; at is & nobilitate pollet, & eruditione, & pietate, cun-
 ctasque

Etasque laudes obtinet, nec mediocrem in modum, quæ
 scopum omnibus numeris absolutum constituere possunt.
 Hoc verò vel illustrissimum argumentum singula-
 ris erga Franciscum studii in Henrico. Bis ter-
 ultro sciscitatus ex uno Aulicorū suorum erat, Sa-
 lesii amicissimo, utrum duorum plus diligeret,
 an Episcopum Gebennensem? Excusans is depre-
 catus est vehementer à Rege, ne se adigeret ad se-
 sum animi sui hinc aperiendum; at Rege urgente
 nihilò secius, respondit tandem reluctans, hæc
 dubium esse, quin à se supra modum quemlibet
 Rex coleretur; quippe supremus Dominus. *Re-
 generationem omitte, inquit Rex, atque hoc mihi placeat
 confitere quod quero; Utrum duorum plus diligis, Geben-
 nensem Episcopum, an me? Quando jubes, fatebor, Rex, re-
 sic Aulicus: insciari nequeo, quin in Episcopum magis
 quodam pondere, & suaviori mens hæc feratur, ita ut
 alium æquè diligam. Neque succenseo, subiecit clemen-
 tissimus Princeps; contra lator: verum ad illum me
 nomine scribito, velle me tertium ad istam amicitiam
 jungi; sed hæc aliquantò post.*

Hæc autem tam blanda illecebra homines
 quemlibet vulgaris vittutis impulisset perfacile
 adeò insidet animis cupido gloriæ & existimatio-
 nis in vulgus, præsertim dum ab Regibus profici-
 scitur: atque ab eo potissimum, quo major nullus
 in terris extabat: at Franciscus contemptor egre-
 gius, tum sui, tum rerum omnium creatarum, hæc
 perinde audiebat accipiebaturque, ut si ad alios
 non ad se pertinerent: cuncta fidelissimè ad Deum
 referens, à quo nōrat accepisse se quicquid habe-
 ret; ut nullâ gloriæ cupiditate tangeretur, nisi illi
 us que

usquæ tenderet in Deum, in quo uno acquiesce-
 bat & lætabatur. Porro, cum certum sibi esset, red-
 ire ad filios in Christo suos, postquam menses
 novem Lutetiæ exegerat, cum bona Regis Chri-
 stianissimi venia ad reditum se comparans, ab eo-
 dem literas accepit tum ad supremam Curiam Di-
 visionensem, tum ad Baronem Luxium, quò præstò
 foret Coadjutori, ad Catholicos ritus inducendos
 postliminiò, in Gexensem ditionem, hoc est, ad
 perficiendum opus quod pietas inchoaverat, cui
 finem impositura erat caritas. Egressus itaque Lu-
 tetiã est, gloriã laudibusque cumulatus, ut in eo il-
 lud Psalmographi agnosceres: (a) *Mihi autem nimis
 honorificati sunt amici tui, Deus; nimis confortatus est
 principatus eorum.* Nimirum eorum fama æ-
 ternã est, eorum laudes finem nullum
 habent: eorum existimatio
 constans est, gloria
 immortalis.

(a) Psal. 138.



M VITÆ